Aut verò idem Actor non comprehenditur, nec venit inter eos filios naſcituros; & tamen cum teſtator per ſupra relatam proteſtationem, & declarationem conſervandi bona in poſteris, ac familia, de quibus ſupra *in §. in quam ſententiam, cum ſeq. et in §. æquè potens*, induxerit perpetuum, ac deſcenſivum fideicommiſſum favore omnium
3 de familia, ad illud admitti debet D. Joſeph, tamquam pronepos deſcendens fideicommittentis, ut utendo ſimili argumento, firmavit Rota *in d. dec. 67. ſub nu. 16. verſ. aut verò cum ſeqq. p. 13. rec.*

Quoad fideicommiſſum Annibalis, nihil DD. addendum putarunt, cùm benè ſubſiſtant fundamenta deciſionis, pro cuius confirmatione in omnibus reſponderunt, unica tantùm parte informante, altera ſæpiùs monita, & uſque ad hanc ultimam Rotam expectata, & comparere non curante.

## R. P. D. MUTO.

Romana ſeu Reatina fideicommiſſi de Vincentinis.

*Ven. 14. Junii 1697.*

*ARGUMENTUM.*

eceditur à ſuperiùs firmatis, & magiſtraliter edocetur quo caſu coniecturæ, quæ in duabus præcedentibus deciſionibus dignoſcuntur relatæ, valeant nepotum aliorumve deſcendentium inducere vocationem.

*SUMMARIUM.*

1 *Immiſſio non debetur ei qui propriam non oſtendit vocationem.*
2 *In materia fideicommiſſaria, utpotè odioſa, nepotes filiorum appellatione non veniunt,*
3 *Etiam ſi agatur de fideicommiſſo aſcendentis,*
4 *Et de vocatione activa.*
5 *Et de paſſiva.*
6 *Ac etiam de mixta,*
7 *Filiorum nomine non veniunt eò magis cæteri deſcendentes ſi effectum diſpoſitio ſortita fuerit per ſucceſſionem filiorum, & eorum liberorum.*
8 *Vel ſi agatur ad excluſionem extranei.*
9 *Concurrentibus coniecturis, ſub nomine filiorum veniunt nepotes.*
10 *Ac etiam cæteri deſcendentes.*
11 *Nepotes & cæteri deſcendentes vocati dicuntur, ſi ſubſtituti appareant filii naſcituri, dummodo tamen illorum vocatio ſit qualificata cum verbis tractum ſucceſſivum in futurum importantibus, nempè* de uno in alium, de hærede in hæredem, de gradu in gradum, *vel cum dictionibus,* in perpetuum, in infinitum, *vel ſimilibus.*
12 *Secùs è contra, & n. 13.*
14 *Collectivo nomine vocati, activè non paſſivè vocati cenſentur, deficientibus dictionibus perpetuitatem temporis importantibus.*
15 *Per ſubſtitutionem filiorum naſciturorum poteſt induci vocatio nepotum, non verò aliorum deſcendentium.*
16 *Coniecturæ quæ tendunt ad excluſionem fideicommiſſi debent prævalere.*
17 *Diſcretivus modus loquendi ſolet excludere vocationem nepotum ſub nomine filiorum.*
18 *Prohibitio alienationis iniuncta tantùm filiis primi gradus denotat teſtatorem nepotes illorum nomine vocare noluiſſe.*
19 *Quoties reciproca ſubſtitutio repetita non appareat filiis filiorum, deſumitur nepotes non fuiſſe vocatos.*
20 *Verba filiorum filiiſi verificabilia non ſint cum pronepotibus ulterioribuſque deſcendentibus, ſub illorum nomine iſti non veniunt.*
21 *Pronepotes & deſcendentes, ficti & interpretativi dicuntur filii.*
22 *Integer teſtamenti contextus reſpici debet ad dignoſcendum, an filiorum nomine vocati fuerint ulteriores deſcendentes.*
23 *Teſtator ſi in nulla teſtamenti parte appoſuerit verba perpetuitatem importantia, cenſetur nepotes & deſcendentes ulteriores ad ſucceſſionem invitare noluiſſe.*
24 *In fideicommiſſis, ea quæ deficiant, dicuntur conſultò omiſſa.*
25 *Ut filiorum appellatione venire poſſint nepotes, & ulteriores deſcendentes, coniecturæ debent eſſe plures, urgentes & violentæ, licèt agatur de diſpoſitione aſcendentis.*
26 *In dubio ſemper pro excluſione nepotum, & reſtrictione fideicommiſſi eſt iudicandum.*
27 *Prohibitio alienationis directa ad perſonam, & reſtricta ad filios, prohibere non poteſt argumentum vocationis nepotum.*
28 *Licèt adſint verba,* nullo umquam tempore.
29 *Filiorum nomine veniunt nepotes & ulteriores deſcendentes, ſi teſtator habuerit intentionem conſervandi agnationem.*
30 *Nepotes & ulteriores deſcendentes non includuntur ſub vocatione filiorum ex ſimplici vocatione maſculorum, & nu. 31.*
32 *Teſtator agnationis conſervationem voluiſſe non cenſetur, ſi inſimul cum maſculis fœminam quoque inſtituerit.*
33 *Excluſio filiarum teſtatoris leviſſima reputatur coniectura pro vocatione nepotum, & nu. 34.*
35 *Ex quo teſtator in aliqua teſtamenti parte habuerit pro ſinonymis verbum* filii, *et verbum* deſcendentes, *non exindè argui licet vocatio nepotum, et n. 36.*
37 *Legitima non debetur nepotibus, exiſtentibus filiis,*
38 *Jus petendi legitimam non tranſmittitur ad eos qui non ſunt filiorum hæredes.*
39 *Succeſſorum nomine qui veniant.*
40 *Vocatio filiorum in ſtirpes, et non in capita, quando arguat comprehenſionem nepotum, et ulteriorum deſcendentium.*
41 *Verba, in hunc qui ſequitur modum, limitant præcedentia ſecundum inferiùs dicenda, et n. 42.*
43 *Ratio conſervandi bona concepta per participium, famulatur cum diſpoſitione, et novum fideicommiſſum extra perſonas expreſsè vocatas non inducit.*
44 *Etiamſi contineat verba apta ad recipiendum magis latum intellectum.*
45 *Excluſio Eccleſiæ, ſeu Monaſterii, ſi non ſtet de per ſe principaliter, non eſt apta novum arguendi fideicommiſſum.*
46 *Minùſve excluſio fiſci.*
47 *Quoties mentio familiæ ſtare dicatur acceſſorie.*
48 *Familiæ et poſteritatis mentio, ſi ſit acceſſoria, non extendit fideicommiſſum ultra gradus, perſonas et caſus expreſſos.*
49 *Favore agnationis non ſunt ſomnianda, ac multiplicanda ſubſtitutiones ultra diſpoſitionem teſtatoris, et caſum expreſſum.*
50 *Prohibitio Trebellianicæ an faciat deſumere incluſionem nepotum in vocatione filiorum, et n. 51. et 52.*
53 *Plus non debet eſſe in referente, quàm in relato.*
54 *Verbum, nominatos, importat, quòd gradus qui ultra progreditur, debeat oculis corporis legi.*
55 *Reciproca repetita de iure non cenſetur.*
56 *Nomen familiæ abſque adiectione cognominis comprehendit tam agnatos, quàm cognatos, tam maſculos, quàm fœminas.*
57 *Maximè ſi nedum familia, ſed poſteritas fuerit vocata.*
58 *Vel ſi cùm nomine familiæ coniunctum eſſet nomen deſcendentiæ.*
59 *Vel cognationis.*
60 *Nomen, nationis, idem ſonat, ac deſcendentia naturalis.*
61 *Repetitio qualitatis maſculinitatis non dicitur volita in diverſis perſonis, et gradibus remotioribus.*
62 *Excluſio fœminarum, quæ dotatæ fuerunt, non probat voluntatem teſtatoris excludendi cæteras non dotatas.*
63 *Filius præſumitur informatus de voluntate paterna.*
64 *Non eſt in poteſtate hæredis fideicommiſſum inducendi vel alterandi.*

## DECISIO XXI.

Alexander de Vincentinis in eius poſtremo, cum quo deceſſit, teſtamento, condito ſub anno 88. præteriti ſæculi, ſcripſit pro æquali portione ſibi hæredes Lidiam uxorem, ac quinque ipſorum filios, Marcum Antonium nempè, Tiburtium, Quintilium, Anibalem, & Hipolitum, quibus deindè ſubſtituit, ut ſunt verba, *filios legitimos, et naturales, ex legitimo matrimonio naſcituros, declarando, et mandando, quòd ſi aliquis dictorum hæredum moreretur abſque filiis legitimis, et naturalibus, moriatur alter alteri.* Quam diſpoſitionem biduo poſt, ſuperadditis quibuſdam declarationibus, confirmavit in codicillis prout non contenditur inter partes.

Succeſſivè de anno 19. labentis ſæculi dictus Annibal unus ex memoratis Alexandri filiis, & hæredibus, ſuum pariter teſtamentum exaravit, in quo Franciſcum, Dominicum, Horatium, atque Vincentium liberos hæredes inſtituit, iniungendo inſuper expreſsè, quòd omnia eius bona, *Sint ſubiecta, ſuppoſita in omnibus, et per omnia fideicommiſſo facto per dictum quondam Alexandrum ipſius teſtatoris patrem, quod quidem fideicommiſſum hic pro inſerto, expreſſo haberi voluit in omnibus, et per omnia, illudque per ſupradictos eius filios, et hæredes, ac alios ſucceſſores, et deſcendentes, iuxta tenorem fideicommiſſi nominatos in omnibus, et per omnia mandavit ſub eiſdem pœnis, et caducitatibus in dicto fideicommiſſo appoſitis ſervari,* ut ſunt eadem Teſtamenti verba, nec inter partes controverſa.

Defunctis ex quinque prænominatis Alexandri filiis, Anibale, atque Horatio dumtaxat, cum liberis, primo nimirùm cum præcitatis quatuor filiis, quorum Franciſcus deindè etiam deceſſit cum Anibale Jun. Comitiſſæ Annæ Mariæ Patre, ac R.P.D. Joanne Auguſtino per ipſum progenitis, & altero cum Joſepho, petiit iſte per obitum antedicti R.P.D. Joannis Auguſtini ſolius ex linea Franciſci maſculi ſuperſtitis, in ſuperioribus annis ſequutum, immiſſionem coram R.P.D. Organo per A.C. deputato, tam ſuper bonis Alexandri Proavi, quàm Anibalis Sen. Avi per eumdem R.P.D. Joannem Auguſtinum poſſeſſis, adverſùs præfatam Comitiſſam Annam Mariam ex teſtamento hæredem, in quo judicio tamen Actor ſuccubuit, eaque ſententiam abſolutoriam reportavit: Verùm appellante Joſepho ad Rotam, licèt præviis duabus deciſionibus editis ſub diebus 2. Aprilis, & 4. Julii præcedentis anni, prolata fuiſſet per R.P.D. meum Capraram ſententia immiſſiva favore appellantis, hanc nihilominùs hodie coram me, cui controverſia in ulteriori inſtantia delegata extitit, ponderatis ſedulò recitatis diſpoſitionibus, factique circumſtantiis accuratè rimatis, poſt ſuſpenſam reſolutionem in audientia diei 25. Februarii menſis elapſi, DD. infirmandam eſſe autumarunt ex injuſtitiæ capite reſultantis ex eo, quòd Joſeph nullatenùs probat durationem, ſeu præexiſtentiam fideicommiſſi, minùſque vocationem, & purificationem concludit, ut in his ſalutaribus deficienti concedi non poterat eidem
1 dem immiſſio, Altograd. Jun. *contr. 97. nu. 4.* Peregrin. *de fideicom. art. 43. nu. 2. & 35.* Rot. coram Seraph. *dec. 1498. nu. 1.* coram Ubald. *dec. 885. nu. 1.* coram Priol. *dec. 124. nu. 2.* coram Cerro, *dec. 885. nu. 2. & in rec. dec. 115. n. 5. & 6. part. 18.*

Tantùm autem abeſt, quòd Joſeph requiſitas durationem, vocationem, atque purificationem fideicommiſſi concludat, ut potiùs de contrario conſtet; quandoquidem reſpectu diſpoſitionis Alexandri Proavi, cùm iſte, ut prædictum fuit, ſibi hæredes nominaſſet quinque eius liberos, eoſque favore ſuorum filiorum reſtituere gravaſſet, quin ultra progreſſus fuiſſet hoc reſtitutionis onus, Joſeph nepos, & reſpectivè pronepos ad ſui commodum prætendere non valet; nam certi iuris eſt, quòd in hac materia fideicommiſſaria inductiva oneris, proindèque odioſa, quidquid ſit in favorabilibus, nepotes, & pronepotes, aliique
2 ulteriores deſcendentes ſub nomine filiorum non veniunt, ut ſunt text. *litterales in l. Gallus, §. idem credendum, juncto §. de lege in verbo ſupplenda, ff. de liber. & poſthum. l. quod ſi nepotes, ff. de teſtament. tutel. & §. ultim. inſtitut. qui teſtam. tutor. dar. poſſ.* & eſt communis opinio Doctorum, de qua teſtantur Riminald. Jun. *conſ. 389. num. 18. cum ſeqq. lib. 4.* Menoch. *conſ. 215. num. 7. cum ſeq.* Cyriac. *controv. 8. à nu. 38.* Palm. Nep. *alleg. 19. nu. 6.* Contr. *diſcept. forenſ. 25. num. 179.* Altograd. Jun. *controv. 64. nu. 10. & controv. 97. num. 7. cum ſeq.* Saminiat. *controv. 19. nu. 11.* Manſ. *conſult. 526. nu. 3. cum ſeqq.* Peregrin. *de fideicomm. art. 28. nu. 33. & conſ. 33. nu. 2. & 5. lib.* 4. Fuſar. *de ſubſtit. quæſt. 321. n. 93. & 95.* Modern. Forolivien. *dec. Florentin. 4. à num. 1* illamque conſtanter amplexa fuit Rota, ut videre eſt, *in rec. dec. 486. num. 25. part. 1. dec. 507. nu. 2. & ſeqq. ac dec. 667. à nu. 1. par. 2. dec. 479. nu. 1. & 9. par. 4. tom. 2. dec. 661. nu. 8. part. 4. tom. 3. dec. 279. num. 6. part. 6. dec. 296. nu. 30 part. 11.* coram Merlin. *dec. 373. nu. 8.* Seraph. *dec. 1468. nu. 9.* coram Dunoz. ſen. *dec. 81. num. 1.* & coram Jun. *dec. 648. nu. 17.* coram Merlin. *dec. 460. nu. 2.* & coram Cerro,
3 *dec. 516. nu. 4.* quamvis agatur de fideicommiſſo aſcendentis, per text. *in d. leg. quod ſi nepotes, ff. de teſtam. tutel.* firmant Menoch. *d. conſ. 215. nu. 97.* Modern. Forolivien. *d. dec. Florent. 4. nu. 4.* Rot. *in rec. dec. 507. nu. 2. part. 2. dec. 84. nu. 1. part. 9. dec. 242. nu. 6. & dec. 262. nu. 1. part. 17.* coram Dunoz. Jun. *cit. dec. 648. nu. 1.* coram Bich. *dec. 279. nu. 12.* coram Celſo *dec. 34. num. 4.* & in Tropien. immiſſionis 16. Novembris 1695. *§. Teſtator ſiquidem*, coram bon. mem. Emerix; aut de vocatione activa, magiſque paſſiva, vel mixta, ſicuti de prima Menoch. *d. conſ. 215. num. 15. & 22. cum ſeqq.* Surd.
4 *conſ. 403. nu. 20.* Cirocch. *diſcept. 14. n. 5.* Modern. Forolivien. *d. dec. Florent. 4. nu. 5.* Rota *in rec. dec. 507. nu. 4. & 12. part. 2.*
5 de ſecunda Jaſon. *conſ. 200. nu. 10. lib. 2.* Onded. *conſ. 56. nu. 7.* Gratian. *diſcept. forenſ. 629. nu. 3.* Saminiat *controv. 16. nu. 11.* Rot. *in rec. dec. 529. in fin. part. 14.* & de tertia Giovagnon. *conſ. 24. num. 62. lib. 2.* Altograd. Jun. *d. controv. 97. num. 10.*
6 Saminiat. *contr. 19. nu. 12. & 13.* Modern. Forolivien. *d. dec. 4. nu. 6.* Rot. coram Merlin. *dec. 460. nu. 2.*

Signanter cum diſpoſitio iam ſuum effectum ſortita fuiſſet tam in filiis primi gradus inſtitutis, quàm in ipſorum liberis ſubſtitutis; quo enim caſu talis nepotum, ac ulteriorum deſcendentium excluſio, citra dubium procedit, iuxta doctrinam Bartol. *in l. liberorum num. 18. ff. de verbor. ſignific.* quam ſequuntur Saminiat. *d. controv. 19. n. 14.* Peregr. *de fideicomm. art. 22. nu. 58.* Fuſar. *de ſubſtitut. qu. 321. num. 31.* Rot. coram. Millin. *dec. 372. ſub n. 7.* coram Cert. *dec. 516. n. 7. in rec. dec. 496. n. 24. p. 1. dec. 473. n. 19. par. 4. tom. 2. & dec. 262. n. 10. part. 17.* Ac quæſtio non ſit ſuper vocatione nepotum, ſeu pronepotum in excluſionem extraneorum, ut animadvertunt Menoch. *ſæpè cit. conſ. 215. n. 19.* Contr. *diſcept. forenſ. 23. n. 172.* Rot. cor. Dunoz. Sen. *dec. 81. & in recent. d. dec. 262. utrobique num. 8. part. 17.*

Abſque eo, quòd Joſeph vocationem ſuam, & per conſequens durationem, ſeu præexiſtentiam fideicommiſſi Alexandri Proavi, deſumere valeat tum ex præſuppoſita indefinita ſubſtitutione filiorum progenitorum ex filiis teſtatoris, ibi: *Subſtituit filios legitimos maſculos ex legitimo matrimonio naſcituros;* quàm etiam ex nonnullis conjecturis in deciſionibus R.P.D. mei Capraræ relatis, atque amplexis, ob quas ſub nomine filiorum venire nepotes non impugnant Altograd. Jun. *d. contr. 97. nu. 21.* Angel. Rodolph. *alleg. 20. nu. 2. & alleg. 22. nu. 8.* Mant. *de conject. ult. volunt. lib. 8. tit. 8. nu. 12.* Modern. Forolivien. *d. dec. Florent. 4. n. 4.* Rot. coram Dunoz. Sen. *dec. 81. nu. 10.* & cor. Jun. *dec. 648. nu. 21.* coram Merlin. *dec. 206. nu. 4. part. 17.* & quod de nepotibus aſſeritur, intelligitur etiam de pronepotibus, ulterioribuſque deſcendentibus, tradunt Caſtald. *conſult. 249. nu. 9. in fin. & conſult. 258. nu. 15.* Palm. Nep. *alleg. 168. num. 4. cum ſeqq. & allegat. 169. à nu. 1.* Chriſtofor. Medic. *exam. 1. à nu. 19.* Fuſar. *de ſubſtitut. qu. 326. nu. 1. & 2.* Peregr. *de fideicomm. art. 22. nu. 45. & art. 28. nu. 32.* Rot. *in rec. dec. 6. nu. fin. par. 5. dec. 142. nu. 43. par. 10.* & coram Merlin. *dec. 206. n. 37.*

Etenim quidquid foret, ſi hæc indefinita ſubſtitutio qualificata eſſet cum verbis tractum ſucceſſivum in futurum importantibus, *nempè de uno in alium, de hærede in hæredem, de gradu in gradum*, vel cum dictionibus *in perpetuum, in infinitum* aut ſimilibus, ut exemplificant ex profeſſo Rocc. *conſult. 42. num. 5.* Peregrin. *de fideicomm. art. 18. n. 19.* Rot. in Bonon. fideicommiſſi de Bavoſiis 16. Junii 1690. *§. ex cujus*, coram Reverendiſs. D. meo Decano, & in his terminis loquuntur auctoritates allegatæ in oppoſitum, ac in deciſionibus R. P. D. mei Capraræ, *§. Conſiſtit*, quando hujuſmodi verba, ſeu dictiones, ut in hypotheſi, deficiunt etſi vocati fuiſſent filii naſcituri, magiſque nepotes, nihilominùs ulteriores deſcenden. ſub ipſorum filiorum, ſeu nepotum nomine, non comprehenduntur, cum vocatio intelligi debeat de activa, non autem de paſſiva, & collatio in tempus futurum ſolùm evincat, quòd teſtator voluerit ſubſtituere nedum natos, ſed etiam eos, qui naſci potuiſſent ex ſuis filiis poſt conditum teſtamentum, ut in ſpecie notant de filiis naſcituris, Redenaſc. 12
*conſ. 10. n. 19.* Roſ. *d. conſult. 42. n. 6. etiam ſi addat particulam naſcituros,* Saminiat. *controv. 19. num. 3. & 20.* Rot. *in recent. dec. 262. n. 6 part. 17.* & in generalibus terminis vocationis filiorum collatæ in incertum, & futurum eventum, Menoch. *d. conſ. 225. nu. 40. 102. & ſeq.* Laderch. *conſ. 236. n. 6. & 7.* Caſanatta *conſ. 58. num. 38.* Saminiat. *eadem controv. 19. nu. 23.* 13
Altograd Jun. *contr. 97. n. 44. & 45.* Modern. Forolivien. *d. deciſ. Florent. 4. num. 63.* Rota poſt Giovagnon. *conſ. 24. nu. 73. lib. 2.* coram Dunoz. Jun. *dec. 648. num. 4. & in recent. dec. 507. num. 14. part. 2.* Non ſecùs ac ſi fideicommiſſi conditor invitaſſet collectivo nomine deſcendentes, qui activè, & non paſſivè vocati dici deberent deficientibus dictionibus infinitatem, & perpetuitatem temporis importantibus, ad receptam Theoricam Cuman. *in l. cum ita, §. in fideicomm. ff. de legat. 2.* Fuſar. *de ſubſtit. quæſt. 382. per tot.* Rot. coram Ubald. *dec. 313. nu. 1. in recent. deciſ. 18. num. 16. cum ſeq. part.* 14
12. & in Bonon. fideicommiſſi de Burgonzonis 19. Februarii 1680. *§. Quod verò cum ſeqq.* coram bon. mem. Emerix. Præterea nec agitur de ſalvanda diſpoſitione teſtantis, & ne fideicommiſſum expiret in filiis primi gradus, in quo etiam caſu procedunt *dec. 453.* coram Manzaned. *1696. par. 11. ac 213.* poſt Torr. *de pact. de futur. ſucceſſ.* in adverſum adductæ, in eoque contrariam opinionem ad ſummum procedere poſſe admittunt Surd. *conſ. 403. ſub n. 21.* Seſs. *dec. Aragonen. 64. nu. 108.* dictus Modern. Forolivien. *dec. Florent. 4. nu. 65.* Rot. *in rec. dec. 667. nu. 2. p. 3. & dec. 378. nu. 11. part. 13.*

Coniecturæ inſuper per Joſephi defenſores adductæ, ac in deciſionibus R.P.D. mei Capraræ amplexæ pro comprehenſione nepotum, ſeu pronepotum, aliorumque deſcenden- 15
tium, præterquàm quòd deſtruuntur ab aliis ex parte Comitiſſæ cumulatis, quæ tamquam tendentes ad excluſionem fideicommiſſi, prævalere debent, uti obſervant Altogr. Jun. *d. controv. 97. nu. 65.* Modern. Forolivien. *d. dec. 4. num. 88.* cor. Dunoz. Sen. *dec. 81. n. fin. & in recent. dec. 279. n. 31. cum ſeq. part. 6.*

Qua-

Quarum prima reſultat ex ipſa diſcretiva vocatione filiorum, eorumdemque liberorum, & reſpectivè nepotum, quæ tanti eſt, ut ſub illorum appellatione ulteriores deſcendentes non veniant, Surd. *conſ.403.nu.21.& ſeq.* Pa-
17 riſ. *conſ.86.n.36.& 47.lib.2.* Corn. *conſ.9.n.6.lib.3.* Manſ. *conſult.* 526.n.8. Altograd *controv.97.n.23.cum ſeqq.* Mart. *de ſucceſſ.leg. p.1.q.2.art.5.n.33.* Fuſar. *cum pluribus de ſubſtit.q.321.n.59. cum ſeqq. dicta dec. Florentina* 4.n.28. Rot. *in rec.dec.473.nu.21.part.4. tom.* 2. coram Seraph. *dec.* 1486 *n.*12. & coram Dunoz. ſen. *dec.* 82.*n.*11.

Secunda promanat ex prohibitione alienationis, dumtaxat iniuncta filiis primi gradus, ut in teſtamento, ibi: *Nemo dd. filiorum, & hæredum valeat, & poſſit de bonis, & hæreditate dict. D. Teſtatoris nullo umquam tempore &c. vendere, ſeu alienare, &c.* & in Codicillis, ibi: *Quòd ſi aliquis dd. ſuorum filiorum, & hæredum ad aliquem actum alienationis &c.* ſi enim teſtator filiorum filios favore deſcendentium gravare voluiſſet, profectò non omiſiſſet eis prohibitionem alienationis iniungere, ex allegatis in his terminis per Rot. *in rec. dec.* 181. *num.*12. *cum ſeqq. p.*11. & cor. Cer. *dec.*516.*n.*11.& 12.

Tertia deſcendit ex ſubſtitutione reciproca in teſtamen-
18 to facta ſolùm inter priores hæredes, ſeu filios primi gradus, ibi: *Quòd ſi aliquis dd. hæredum moreretur abſque filiis legitimis, & naturalibus, moriatur alter alteri;* & licèt in Codicillis ſuperadditum fuerit, quòd portio filii teſtatoris deſcendentis cum filiis fœminis, & abſque filiis maſculis, devolvatur etiam ad filios filiorum, non tamen filiis filiorum aliquis reciprocè ſubſtitutis legitur, ut ibi: *Reſiduum verò bonorum talis deſcendentis cum filiabus fœminis devolvatur ad alios filios ipſius teſtatoris, & filiorum filios in ſtirpes, & non in capita;* quoties, ſiquidem reciproca ſubſtitutio repetita non fuit filiis filiorum, magis creſcit argumentum, teſtatorem gravare noluiſſe, Caſanatt. *conſ.4 num.*271. Altograd. Sen. *conſ.60.nu.56.lib.1.* Saminiat. *conſ.8.num.21.& 22.poſt contr.* Altograd. Jun. *tom.* 2. Rota *dec.425.num.16.part.9.* & cor. Dunoz Sen. *ſæpè d. deciſ.* 81.*n.*16.

Quarta exurgit ab hac eadem diſpoſitione, ſeu declaratione facta in Codicillis; nam cum aliquis ſuorum filiorum atque hæredum decederet abſque filiis maſculis, voluerit teſtator, quòd ad portionem ſic decedentis ſuccederent alii filii ipſius teſtatoris, filiorumque filii in ſtirpes, ideòque patruo, ac nepotes inſimul filiorum prædefunctorum; per neceſſe ſequitur, quòd in hac vocatione facta de filiis filiorum, intellexerit reſtrictivè de eorumdem filiis immediatis, non autem de pronepotibus, aliiſque deſcendentibus in infinitum, in quibus verificabilis non eſt concurſus cum filiis ipſius
19 teſtatoris, minùſque ſimultanea eorum ſucceſſio in ſtirpes; nam ordini naturæ repugnat, quòd uno, eodemque tempore præexiſtant filii immediati ipſius teſtatoris, & deſcendentes in ulterioribus remotis gradibus: indeque cum verba, filiorum filii, verificabilia non ſint cum pronepotibus, ulterioribuſque deſcendentibus, conſequens eſt, quòd ſub illorum nomine non veniant, Gratian. *diſcept.629.n.6.& 7.* Fuſar. *de ſubſtit.q.371.n.25.* Barry *de ſucceſſ.lib.8.tit 7.ſub n.2. in fin.* Mart. Medic. *dec.Sen.1.n.18.* Rota Floren. poſt Torr. *de primog. Ital. dec.57.n.57.*

Quinta provenit à declaratione appoſita in eiſdem Codicillis, quòd Monaſterium, vel Eccleſiæ, tam in condi-
20 tione, quàm in vocatione, non intelligantur loco filii; quæ ſanè declaratio reſpuere videtur comprehenſionem omnium illorum, qui non ſunt filii veri, ſed ficti, & interpretativi, quales ſunt pronepotes, ulterioreſque deſcendentes, ut in individuo Modern. Forolivien. *d.dec.Florent.4. nu.*81. & Rota coram Celſ. *dec.34.n.3.4.& 6.*

Sexta demùm ducitur ex integro teſtamenti contextu in hoc caſu reſpiciendo, ut monet text. *in l.muta 44. ff. de manu-*
22 *miſſ.teſt.l.licèt Imperator 74.ff.de legat.1.* Rota *in recent. deciſ. 196.nu.20.part.11.* ex quo habetur, quòd teſtator nullum adiecit verbum importans perpetuitatem, ſeu infinitatem fideicommiſſi, ob quam oſtendi potuiſſet eius voluntas comprehendendi etiam ulteriores deſcendentes, per ea, quæ conſiderat ad propoſitum Manſ. *conſult.526.n.11.* Rota poſt
23 Merlin. *de legit. dec.7.num.3.& 4.* Hæc namque omiſſio contrariam potiùs voluntatem patefacit, dùm in fideicommiſſis cenſetur conſultò facta, ad notata per Altogr. *d.contr. 97.n.59.cum ſeq.tom.2.*

Relevare DD. nec viſæ fuerunt coniecturæ contrariæ, præmiſſo quippè, eas eſſe debere nedum plures, ſed quidem urgentes, atque violentas, ad hoc, ut à verborum teſtatoris, licèt aſcendentis, proprietate recedatur, ut requirunt Cyriac. *controv.522.n.53.* Palm. Nep. *allegat.83.n.39.* Altograd. Jun. *dict.controv.97.n.22.* Saminiat. *contr.19.n.18.* Modern. Forolivien. *d.dec.florent.4.n.66.cum ſeqq.* Rot. *in rec. dec. 667.p.2.& dec.262.p.17.utrobique num.4.* coram Dunoz. ſen. *dec.81.nu.10.* coram Jun. *dec.648.n.10.* & coram Celſo *dec.34. num.14.* itaut in dubio ſemper pro excluſione nepotum, & reſtrictione fideicommiſſi ſit iudicandum, Altograd. Jun. *dict. controv.97.num 16.* Actolin. *reſol.62.num.6. ac alii ſuperiùs allegati.*

Cuiuſmodi generis nulla ex coniecturis pro extenſione fideicommiſſi ad nepotes, & reſpectivè pronepotes allatis concurrit; ſed potiùs omnes inſubſiſtentes, atque inefficaces deteguntur, prout eſt deſumpta ex prohibitione alienationis, eò quia realis non eſt, neque directa ad bona, quinimò nec generalis, & abſoluta; ſed ut oſtenſum ſupra fuit, perſonaliſſima, reſtrictaque ad filios primi gradus hæredes inſtitutos, ob quam reſtrictionem certi iuris eſt, quòd talis prohibitio non ſe extendit ad nepotes, & ulteriores deſcendentes, minùſque deſervit pro coniectura illorum vocationis, ſeu comprehenſionis, per Rimin. Sen. *conſ.119.n.*
*2. in fin. & nu.21. lib.1.* Surd. *conſ.115.n.21.cum ſeqq.* Urceol. 27
*conſult.96.n.17.* Caſtald. *conſult.260.n.11.cum ſeqq.* Mart. *de ſucceſſ. legal.part.1.quæſt.2.art.5.ſub n.6.* Capyc. Latr. *dec.127. num.46.* Rot. *in rec.dec.7.num.36.part.10.* coram Celſ. *dec.228. n.5.* & coram Cerr. *dec.945.nu.2.* Non obſiſtentibus verbis: *Nullo umquam tempore*, ſub quibus concepta eſt, perpetuitatem præſeferentibus; nam iuxta ſubiectam materiam operantur ſolùm perpetuitatem durante vita eorumdem hæredum inſtitutorum, quibus ipſa prohibitio demandata fuit,
ut appoſitè reſpondent Alex. *conſ.86.n.2.lib.1.* Surd. *conſ.123.* 28
*n.14.& 15.* Rimin. Jun. *conſ.279.n.67.* Cyriac. *controv.522.nu.8. cum ſeqq.lib 2.* Hodiern. *controv.50 nu.5.* Rota *in rec.dec.15.nu 15.cum tribus ſeqq.p.7 dec.401.n.10.part.12.* coram Seraph. *dec 1486.n.28.cum ſeqq.* coram Cerr. *dec 945.n.3.* coram Merlin *dec.669.n.24.cum ſeqq.* in Bononien. fideicommiſſi de Ghiſleriis 24. Februarii 1685. *§. Ineſſicax*, coram Reverendiſſ. Turonen. & in Romana fideicommiſſi Proſperi Jun. de Caffarellis 1694. *§. Minùs relevat*, cor. bo. me. Emerix.

Conſimilis irrelevantiæ detegitur ea deducta ex inſtitutione filiorum maſculorum, eorumdemque liberorum pariter maſculorum ſubſtitutione, quaſi quòd ex eis teſtator habuerit rationem conſervandæ agnationis, ob quam nepotes, ulterioreſque deſcendentes comprehenſi dicantur, ex Manſ. *conſult.526.n.12.* Mart. Medin. *dec.Senen.1.n.51.* Rot. in Pedemontana, ſeu Albanen. bonorum 8. Aprilis 1680. *§. apparet autem*, cor. Viceecomite, eò quia ſimplex vocatio maſculorum non operatur extenſionem ad nepotes, ſeu prone-
potes; nam licèt teſtator prædilexerit maſculos; non ideò ſe- 29
quitur ipſius Agnationi legem dixiſſe; latè Modern. Foro-
livien. *dec florent.23.n.71.cum ſeqq.* & benè Rot. *in rec.dec.196.* 30
*n.35.p.11.* & coram Dunoz. ſen. *dec.82.n.21.* ubi *ſub num. ſeqq.* ſubdit quòd ſi teſtator in iſtis pronepotibus voluiſſet conſervare agnationem, ſine dubio patrem, & avum ad ipſorum favorem gravaſſet, & coram Dunoz. Jun. *dec.648.num.2.* Fortiùs, nam inſimul cum ſuis inſtituit etiam hæredem æqualiter Lidiam uxorem, quod conſervationi agnationis repugnat, ex Gabr. *conſ.116.num.12.lib.1.* Mantic. *de coniect.ult. volunt.lib.8.tit.18.ſub n.20.* Rot. *in rec. dec.486.n.4.p.1. dec. 697.num.10.verſ. maximè cum vocaverit part.2.* coram Cavaler. *dec.125.n.10.* & coram Dunoz. ſen. *ubi ſupra n.22.* & Jun. *n.23.* licèt fœminas filiorum primi gradus excluſerit, quas teſtator per hæc verba mandavit in Codicillis dotari: *Quòd ſi aliquis ſuorum filiorum, & hæredum inſtitutorum decederet ſine filiis maſculis, & relictis ſolum filiabus, tunc fœminæ competenter dotarentur, reſiduum verò bonorum talis excedentis cum filiabus fœminis devolveretur ad alios filios ipſius teſtatoris.* Excluſio ſiquidem, & dotatio filiarum teſtatoris, ſeu primorum hæredum, ultra quòd ex ſe levem coniecturam præbere reputant Mantic. *de coniect. ult.volunt.lib.11.tit.14.verſ. Sed tamen*, Rota coram Seraphin. *dec.880.num.2 & 3.* & coram Bichio *dec.297.num.17.* in præſenti non extendit fideicommiſſum ultra perſonas expreſsè vocatas, ex rationibus adductis per Rot. *in rec.dec.667.num.13.p.2.dec.151.n.8.& 9.p.5.* coram Cerro *dec.516.n.16.& 17.* & melius coram Dunoz. ſen. *dec. 81.nu.29.*

Prout etiam elicita ex præſuppoſito, quòd teſtator habuerit pro ſinonymis verbum *filii*, ac verbum *ſucceſſores, ſeu deſcedentes*, in prohibitione detractionis legitimæ facta in codicillis, tum quia contrarium deſumitur ex contentis in teſtamento, & ex præcedenter diſpoſitis in eiſdem codicillis, ubi filios nominavit abſque aliquo adiuncto ſucceſſorum, & deſcendentium, à quibus regulam, & declarationem deſumi præciſè reſpondet Modern. Forolivien. *d.deciſ. Florent.4.numer.70.cum ſequentib.* ubi *ſub numer.72.* ait, hanc conjecturam præſupponere id, quod eſt in quæſtione, ut ſi nec expreſsè, nec tacitè pronepotes fuerint vocati, intelligi nequeant hoc modo comprehenſi; tum etiam quia teſtator numquam ſeparatim loquutus fuit de filiis, & ſucceſſoribus, ſeu deſcendentibus, prout neceſſe fuiſſet ad inducendum argumentum, ſeu conjecturam de ſinonymis, uti
36 proſequitur d. Modern. Forolivien. *eadem dec.4.num.84.* & hanc conjecturam latè reiicit Altograd. Jun. *contr.97. à nu. 26. ad nu.31. & nu.50.* tum tertiò, quia prohibitio intelligenda venit de ſucceſſoribus bonorum, ſub ea ratione, quòd exiſtentibus filiis, legitima nullatenùs debetur nepotibus, minùſque ulterioribus deſcendentibus, Graſſ. *de ſucceſſ. §.*
37 *Legitima qu.4.nu.1.* Rota coram Dunoz. Jun. *dec.276.nu.6.* neque tranſmittitur ad eos, qui non ſunt filiorum hæredes,
38 Zanch. *in l. hæredes, §. Cum ita, part.5.num.195.& part.6. nu.9.verſ. tertio præſens quæſtio, ff. ad Trebell.* Merlin. *de legit. lib.5.tit.3.part.9.num.18.* & Rot. coram Dunoz. Jun. *d.dec. 726.nu.1.* ſub nomine utique ſucceſſorum non potuit teſtator intelligere nepotes, alioſque deſcendentes filiorum; ſed tantùm hæredes bonorum, quibus eadem legitima prohibitio adaptatur, interpretando nomen illud *ſucceſſores*,
39 juxta ſubjectam materiam, prout monet Barboſ. *appell.254. nu.2.* ubi concordat Tondut. *reſol.civil.part.1.cap.44.nu.6.*

Levioris ponderis eſt alia prætenſa ex vocatione filiorum teſtatoris, iſtorumque filiorum in ſtirpes, ſed non in capita, eò quia hæc clauſula, *In ſtirpes, & non in capita*, potiùs, ut ſupra præcognitum fuit, deſervit pro conjectura excluſionis nepotum, ulteriorumque deſcendentium, & tunc ſolùm aliquam animadverſionem promereri potuiſſet, quando verificabilis non eſſet in filiis, filiorumque filiis; ſecus autem in caſu contrario, quando verificari poſset in filiis filiorum, qui concurrendo inſimul cum patruis ſuccederent ex voluntate teſtatoris alteri patruo in ſtirpes, quia tunc, cùm non alteretur diſpoſitio, itaut inducatur voca-
40 tio plurium perſonarum, fideicommiſſum non extenditur ad pronepotes, alioſque ulteriores deſcendentes, Soccin. Jun. *conſ.149.nu.8.lib.2.* Curt. Jun. *conſ.261.num.7.* Altogr. ſen. *conſ.60.nu.60.lib.2.* Mantic. *de conject.lib.8.tit.8.nu.18.* Mart. *de clauſ. clauſ.93.part.3.* Modern. Forolivien. *dec.florentin.4.nu.80.* & Rota *in rec. dec.503.nu.13.part.2.*

Neque vis aliqua fieri poteſt ſuper voto, quod teſtator habere ſe declaravit, conſervandi familiam, poſteritatem, & bona, quoniam votum hujuſmodi per teſtatorem habitum in diverſis Codicillorum periodis, non eſt abſolutum, & independens, quo caſu diſputabilis eſſet fideicommiſſi extenſio ad omnes de poſteritate, juxta terminos auctoritatum in contrarium adductarum; ſed reſtrictivè, & acceſſoriè ad fideicommiſſum ordinatum in teſtamento pro filiis, & nepotibus ſuis, & exordiendo à proœmio Codicillorum, licèt illud contineat ſub initio generalia verba: *De familia, & poſteritate, & bonis ſuis conſulens*, habet tamen clauſulas reſtrictivas, ibi: *Deliberata voluntate, ac etiam particulari diſpoſitione per præſentes Codicillos diſpoſuit in hunc, qui ſequitur modum, & formam, videlicet:* quæ quidem verba cum reſtringant, & limitent præcedentem generalem rationem ſecundum inferiùs dicenda, ad quæ teſtator ſe retulit, ut
41 præciſè, Alexander *conſ.59.ſub nu.22.* Rota *in recent. dec.7. nu.36.part.10.* coram Dunoz. Jun. *dec.648.nu.12.* poſt Torr. *de pact. futur. ſucceſſ. dec.235.nu.15.cum ſeq.* & in Bononien. Fideicommiſſi de Ghiſleriis 2. Martii 1693. *§. Quæ fortiùs ſtringunt*, coram bon. mem. Benincaſa; in neceſſarium conſequens emergit, quòd ſicut ſubſequens diſpoſitio Codicillaris non continet, niſi ſubſtitutionem de filiis, & filiorum filiis, ratio familiæ, & poſteritatis ad illos reſtricta cenſetur, nec operatur extinctionem fideicommiſ. ultra perſonas ibi-
42 dem expreſſas, ut benè Rota in d. Bonon. fideicommiſſi de Ghiſleriis, ubi ſuprà, & ipſamet ratio relata ſuadet, quæ cum ſit concepta per participium, *conſulens*, importat continuationem ſermonis, & connexionem cum diſpoſitione ſubſequenti, itaut dici non poſſit, reſultare ex illa fideicommiſſum independens, & abſolutum pro ſola familia, & poſteritate; ſed famulatur, & ſtat acceſſoriè ad ſubſequens fideicommiſſum, & juxta illius terminos reſtringitur, Rota
43 coram Merlin *dec.891.nu.10.* coram Cerr. *dec.65.nu.8.* & ſi contineat verba apta ad recipiendum magis latum intellectum, quàm ſubſequens diſpoſitio, ut ſunt familia, & poſteritas; attamen ea recipiunt interpretationem à ſubſequenti diſpoſitiva, & ſic explicari debent de familia, &
44 poſteritate filiorum, de qua teſtator in hac diſpoſitiva parte intellexit, benè Rot. *in rec. dec.663.nu.19.part.1.*

Similiter etſi in ipſa parte diſpoſitiva ſubſequatur declaratio teſtatoris excluſiva cujuſcumque Eccleſiæ, ſeu Monaſterii; nam excluſio præfata ordinata eſt propter fideicommiſſum inſtitutum in teſtamento, & reſtringitur ad filios, filiorumque filios; nec ſtat de per ſe principaliter ad inducendum novum fideicommiſſum favore omnium de agnatione, ſed dependenter, & acceſſoriè ad veſtiendam, & cohoneſtandam excluſionem Eccleſiæ, ſeu Monaſterii, non
vàlens extendere præcedentes ſubſtitutiones, ex plenè fir- 45
matis per Epiſcop. Rocc. *ſelect. jur. diſput. cap.19.nu.23.25.* Rota coram Cerro *dec.807.n.7.cum ſeqq.* atque etiam excluſio fiſci in caſum delicti, ubi hæc ratio legitur adjecta, ſtat acceſſoriè, conſequutivè, & dependenter, & ſolùm ad veſtiendam, & cohoneſtandam excluſionem ipſius fiſci, ibi: *Declarans, mentem ſuam eſſe principaliter providere pro conſervatione ſuorum bonorum in familia, non autem aliquam fraudem dicto fiſco facere*, ut hoc caſu nec præcedens fideicommiſſum in caſu mortis extendatur ultra gradus, & perſonas in eo
expreſſas, Epiſc. Rocc. *dict. cap.19.num.25.* Rot. *in recent.* 46
*dec.368.nu.7.& 8.part.5.dec.8.nu.2.part.7.dec.209.nu.13.& ſeq.part.8.* coram Cerro *d.dec.807.nu.8.* & coram ſan. mem. Alexandro VIII. *dec.255.nu.19 & 20.* Ponderato præmaximè, quòd privatio in caſu delicti reſpicit tantùm primos filios, & hæredes inſtitutos, ibi: *Quod ſi venerit caſus, quod aliquis dictorum filiorum committeret aliquod crimen, quòd in tali caſu delicti ſubſtituit alios maſculos*, cum clauſula, *ut ſupra vocatos*, ex quo fortiùs datur intelligi, mentionem familiæ, & poſteritatis ſtare acceſſoriè, & independenter,
Altogr. jun. *controv.38.nu.17.* Epiſc. Rocc. *d.cap.19.num.24.* 47
Rota *dicta dec.255.n.19.* coram ſanct. mem. Alexand. VIII. cor. Cerro *d.dec.807.num.9.& 10.& dec.7.num.36.cum ſeqq. part.10.*

Quoties enim familiæ, & poſteritatis mentio ad ipſum votum conſervandæ agnationis ſtat acceſſoriè, & independenter, tunc nullo modo fideicommiſſum extenditur ultra gradus, perſonas, & caſus expreſſos, ut generaliter tra-
dunt Venturin. *conſ.2.nu.490.* Redenaſc. *conſ.79.n.49.* Alto- 48
grad. ſen. *conſ.79.n.7.cum ſeqq.lib.2.* Saminiat. *conſ.8.n.23. cum ſeqq.& nu.27.poſt tom.2.controv.* Altograd. jun. Cyriac. *controv.281.à nu.97.* Andreol. *controv.409.nu.10.* Palm. Nep. *allegat.19.nu.18.* Fuſar. *de ſubſtit.qu.480.nu.22.& in conſ.17.n. 84.* Rota coram Seraphin. *dec.1023.n.9.in rec.dec.195.n.6.cum ſeqq.part.5.d.dec.7.n.36.& ſeq.part.10.dec.181.à n.6.part.11. & dec.807.ex nu.11.part.18.* & in his terminis Altograd. jun. *contr.97.nu.48.& 54.* Rota coram Seraphin. *dec.486.n.17.& 18.* ubi favore agnationis non eſſe ſomniandas, nec multiplicandas ſubſtitutiones ultra diſpoſitionem teſtatoris, & caſum expreſſum, Dunoz. ſen. *dec.81.n.25.cum ſeqq.* Coccin. *dec. 2342.n.7.* cor. Bichio *dec.297.n.20.cum ſeqq.in rec. dec.300. à 20.part.10.dec.667.nu.11.part.2.& dec.181.per tot.part.11.n.*

Demùm nihil concludit prohibitio legitimæ facta etiam ſucceſſoribus, cum ex ſupra firmatis verbum iſtud *ſucceſſores*, in omnem caſum referatur ad hæredes bonorum filiorum inſtitutorum, quibus ſolùm competit legitima Minùſque altera prohibitio Trebellianicæ, quia reſtricta eſt ad filios, & hæredes inſtitutos, ac ſubſtitutos, continetque dictiones perſonaliſſimas, & repetitivas earumdem perſonarum, de quibus ſupra teſtator egerat in inſtitutione, & ſubſtitutione,
ut argumentum non præſtet extenſioni fideicommiſſi ultra 50
perſonas expreſsè vocatas, Rota coram Cerro *dec.516.nu. 16.* Quin urgeat, dictam prohibitionem injunctam quoque fuiſſe ſubſtitutis, per quam gravati videantur, nedum filii primi gradus, ſed etiam nepotes ad reſtituendum bona abſq; deductione iſtius detractionis, quia cum verbum illud *ſubſtitutis*, congruè referri poſſit ad ipſos filios, qui non ſolùm fuerunt hæredes inſtituti, ſed etiam ad invicem ſubſtituti, non eſt ſumenda interpretatio, per quam onus fideicommiſſi extendatur de filiis ad nepotes, ſeu pronepotes, Cæphal.
*conſ 430.n.12.lib.3.* Rota coram Seraph. *dec.1023.nu.2.* & 51
coram Priolo *deciſ.176.nu.19.* potiſſimè cum detractio Trebellianicæ non competat, niſi primis hæredibus gravatis, ut ejus prohibitio intelligatur facta ſolis inſtitutis, & inter
ſe invicem ſubſtitutis, Altograd. jun. *controv.61.nu.32.cum* 52
*ſeqq.* Rot. coram Merlin. *dec.776.num.13.* & in Romana immiſſionis 15. Februarii 1694. *§. Altera verò conjectura*, cor. R.P.D. meo Molines.

Quo verò ad alterum teſtamentum Annibalis ſenioris, militant ea omnia, quæ uſque adhuc firmata fuerunt, cum ille, ex relatis in exordio verbis fideicommiſſo Alexandri patris ſubjugaverit propria bona, ut ultra illius limites non extendatur, ne plus ſit in referente, quàm in relato, contra vulgatam juris regulam. Nec ſubſiſtit prætenſio aliquid plus addidiſſe per ea verba: *Illudque per ſupradictos ejus filios, & hæredes, ac alios ſucceſſores, & deſcendentes mandavit ſervari;*

tum

tum quia reſtringuntur ex aliis, *juxta tenorem fideicommiſſi*;
tum etiam quia ad ſummum dici poſſet, quòd ſicuti fidei-
commiſſum in teſtamento Alexandri duplicem gradum in-
cludebat, ita etiam in altero teſtamento Annibalis, ex
quo primus gradus in ejus perſona deficiebat, reſtauraverit,
induxerit, & extenderit ad nepotes; illud ſiquidem ver-
bum *nominatos*, quo utitur Annibal in relatione ut ſupra ad
teſtamentum paternum, importat quòd gradus, qui ultrò
progreditur, debeat oculis corporeis legi, ex Rota *in rec.
dec.369. nu.15. & dec.438. n.17. cum ſeqq. part.4. tom.2.* & apud
Torr. *de pact. futur. ſucceſſ. dec.205. nu.10. & 11.*
Ulteriùs & ſi per malam hypotheſim dici poſſet, adhuc
fideicommiſſum Alexandri durare, ponderabant domini,
quòd Joſeph vocationem, ſeu purificationem ad ſui favo-
rem prætendere non poſſet, tum ex eo, quòd reſpectu poſſeſ-
ſionis iſtorum bonorum Comitiſſæ obventæ, nulla recipro-
ca ſubſtitutio legitur, prout etiam ſupra animadverſum fuit,
cùm illa tantùm fuerit injuncta filiis primi gradus, non ta-
men ulterioribus deſcendentibus, erga quos repetita cenſeri
55 non debet, juxta deducta per Altogr. ſen. *conſ. 60. nu. 56.
verſ. Ex reciproca lib. 1.* Saminiat. *conſ. 8. n. 21. poſt controv.* Al-
togr. jun. *tom. 2.* Rot. *in rec. deciſ. 425. nu. 16. part. 9.*
Tum ex quo cùm non ageretur de fideicommiſſo ſtrictè
agnatitio, ac inſtituto pro ſolis maſculis ex maſculis, ſed
pro maſculis inſimul, & fœminis, de ſola deſcendentia,
ſeu poſteritate teſtatoris, uti convincitur, ex quo ipſe teſta-
tor in prooemiali parte Codicillorum expreſsè ſe declaravit
conſulere velle familiæ, poſteritati, & bonis, quod idem
repetiit in aliis ejuſdem diſpoſitionis partibus, ſub his ver-
bis communibus veniunt nedum maſculis ex maſculis, ſed
etiam fœminæ, & deſcendentes ex eis, proindèque Co-
mitiſſa, vel ejus filius, ut de nomine familiæ, quod non
ſemper arguat agnationem, ſed plerumque comprehendat
56 tam agnatos, quàm cognatos, maſculos, quàm fœminas,
ſignanter ut hìc deſignato abſque expreſſione cognominis,
eſt tex. *in l. fin. C. de verb. ſignific.* Balducc. *in obſerv. ad Ramon.
conſ. 16. n. 53. cum ſeqq.* Cyriac. *controv. 365. n. 39.* Ciarlin.
*controv. 22. num. 25.* Tondut. *quæſt. civil. 138. n. 21. tom. 2.*
Altograd. jun. *controv. 38. n. 11.* Molin. *de primog. lib. 3. c. 4. n.
9.* Torr. *de primog. Ital. tom. 1. cap. 38. n. 234.* Rota *in rec. deciſ.
101. n. 13. part. 6.* coram Seraphin. *deciſ. 1438. num. 5. & 6.* co-
ram Dunoz. jun. *dec. 970. n. 3.* coram Cerr. *deciſ. 55. num. 24.
& 25.* in Bononien. fideicommiſſi de Ghiſleriis 2. Martii
1693. *§. Et ſanè dubietas*, 10. Junii ejuſdem anni, *§. Et hos*,
coram bon. mem. Benincaſa, & in nullius, ſeu Orbitellen.
jurispatronatus 13. Januar. 1696. coram R.P.D. meo Scotto,
& de verbo *poſteritas, ſeu poſteri*, quòd comprehendat maſ-
culos, & fœminas, Surd. *conſ. 140. n. 8. lib. 1.* Gratian. *diſcept.
530. n. 7.* Mierez. *de majorat. part. 2. q. 6. n. 354.* Torr. *de primog.
Ital. tom. 1. cap. 15. n. 58.* & admittitur, quoties aliundè conſide-
rata non fuerit agnatio, *in deciſ. 410 num. 44. part. 19* indubi-
tanter quando non ſimpliciter familia, ſed cum ea quoque
poſteritas, ut hìc eſt vocata, *l. pronuntiatio, §. Familiæ, ff. de verb.
57 ſignif.* Peregr. *conſil. 31. n. 4.* Altograd. ſen. *conſ. 60. nu. 80. lib. 3.*
Fuſar. *conſ. 170. num. 2.* Palma Nep. *allegat. 463. num. 22.
cum ſeqq. & alleg. 485. nu. 11. & 12.* Rota coram Rembold.
*deciſ. 465. ferè per tot. in rec. deciſ. 518. num. 6. part. 4.* & d.
Bononien. fideicommiſſi de Ghiſleriis 12. Martii 1693. *§.
Nam præterquamquòd*, & 10. Junii ejuſdem anni *§. Iſtas*, coram
bon. memor. Benincaſa; ſicut ſi nomen *familia*, conjunctum
58 eſſet cum altero *deſcendentia*, Becc. *conſ. 232. num. 8.* Balducc.
ad Ramon. *conſ. 16. nu. 58.* Card. de Luca de *jurepatr. diſc. 25.
nu. 1. cum ſeqq.* Rota *dec. 337. nu. 18. cum ſeqq. par. 17.* vel cum
59 altero *cognationis*, Rota coram Cerro *dec. 682. nu. 3. & 4. &
dec. 703. nu. 5.*
In nihilo obſtante, quòd teſtator in prohibitione detra-
ctionis legitimæ contenta in codicillis dixerit velle bona
ſua conſervari *in natione, & familia*; nam hoc nomen *nationis*,
de agnatione prædicari non poteſt, cùm idem ſonet, ac de-
ſcendentia naturalis complectens maſculos, & fœminas, ut
legitur *in Lexicon juris V. verbo natio*, & admittit Larrea *deciſ.
Granaten. 53. nu. 8. in fine*, Quòdque etiam inſtituerit filios ma-
ſculos; & ſubſtituerit filios filiorum pariter maſculos; ete-
nim cum qualitas hæc maſculinitatis reſtricta ſit ad filios, &
nepotes, non ſe extendit ad pronepotes, alioſque ulteriores
deſcendentes, dum ex aliis teſtamenti partibus non conſtat
habitam fuiſſe rationem de ſtricta, & rigoroſa agnatione, ſeu
de familia, ac tota etiam poſteritate, maximè cum in hoc ca-
ſu agatur de diverſis perſonis, & de gradibus remotioribus,
reſpectu quorum ceſſat repetitio qualitatis maſculinitatis,
61 Adden. ad Ramon. *conſ. 16. nu. 91. cum ſeqq. nu. 1.* Adden. ad
Buratt. *dec. 272. nu. 19.* Rota cor. Dunozett. jun. *dec. 46. n. 24.*
coram ſan. mem. Alexandro VIII. *dec. 252. num. 6. & dec. 265.
nu. 17.* & poſt eumdem Ramon. *tom. 2. dec. 11. à nu. 19. & dec. 17.
à nu. 18.* licèt illorum vocatio contineatur in una, eademque
oratione, Adden. ad Buratt. *d. dec. 272. nu. 19.* & in Romana
Fideicommiſſi de Ghiſleriis 28. Martii 1664. *§. Nec obſtat*,
cor. Emerix ſen.
Eò minùs officit excluſio fœminarum; nam hæc non eſt
perpetua, & indefinita de omnibus fœminis, neque per
modum regulæ, ſed de filiabus filiorum ipſius teſtatoris,
quibus de dote provideri mandavit; undè quoad cæteras
de dote non proviſas non inſurgit excluſionis argumentum,
Rota coram Seraph. *dec. 1216. nu. 18.* coram Cer. *dec. 516. nu.
16. & 17. in rec. dec. 667. nu. 13. par. 2. dec. 151. nu. 8. & 9. & dec.
315. nu. 9. & 10. part. 5. dec. 57. nu. 12. part. 13.* & in d. Bonon.
fideicommiſſi de Ghiſleriis 2. Martii 1639. *§ fin.* coram bon.
me. Benincaſa, & in Interamnen. fideicom. 1. Decembris
1690. *§. neque deſervit*, & 14. Junii 1692. *§. prout neque*, co-
ram R.P.D. meo Molines.
Quin urgeat, quòd R. P. D. Joan. Auguſtinus Comitiſſæ
patruus in quadam aſſerta notula declaraverit, nolle loca
montium eſſe ſubjecta fideicommiſſo antenatorum, ſed vel-
le maſculos in eis ſuccedere, fœminis excluſis; ultra quòd
enim eidem repugnat diſpoſitio teſtamentaria Annibalis
ſen. qui poſthabita agnationis, & familiæ mentione, nul-
los alios vocavit, quàm ſucceſſores, ut ex lectura verborum
in principio, proindèque tam maſculos, quàm fœminas
invitaverit, ut hoc factum geſtum à filio magis attendi de-
beat, quia voluntatis paternæ præſumitur informatus, Rot.
*in rec. dec. 109. n. 1. part. 1. dec. 216. n. 5. part. 10. dec. 67. n. 25. par.* 63
18. cum ex ſupra firmatis appareat, vel fideicommiſſum
non extare, vel eſſe comprehenſivum tam maſculorum,
quàm fœminarum; nulla vis fieri poteſt ſuper hac declara-
tione hæredis, ſignanter remoti; nam in ipſius poteſtate
non eſt fideicommiſſum inducere, aut illud alterare, Acto-
lin. *reſol. 9. nu. 97.* Palm. Nep. *alleg. 83. nu. 51. & alleg. 335. cir-
ca fin.* Rot. *in rec. dec. 98. num. 17. cum ſeqq. part. 10. dec. 168. à
nu. 19 p. 12. & dec. 71. nu. 5. par. 13.* & cor. Bich. *dec. 297. n. 28.*
Et ita poſt ſecundam cauſæ propoſitionem pro ſententiæ
Rotalis infirmatione reſponſum fuit partibus acerrimè in-
formantibus.

## R. P. D. MUTO.

Romana ſeu Reatina fideicommiſſi de Vincentinis.

*Lun. 28. Aprilis 1698.*

*ARGUMENTUM.*

Confirmatur præcedens deciſio.

*SUMMARIUM.*

1 *SUb nomine filiorum non veniunt nepotes, & ulteriores deſcendentes.*
2 *Limitatur, quoties concurrant coniecturæ illorum comprehenſionem manifeſtantes.*
3 *Ut tamen limitatio locum obtineat, coniecturæ debent eſſe urgentes.*
4 *Subſtitutio facta de filiis naſcituris includit etiam nepotes & deſcendentes, ſi adſint verba tractum temporis importantia, ſecus e contra.*
5 *Verba quæ directa apparent ad filios primi gradus, inſervire non poſſunt pro deſumenda incluſione nepotum, & num. 6.*
7 *Votum conſervandi bona in familia, acceſſorium ad vocationem filiorum, nequit probare vocationem nepotum.*
8 *Deciſ. 465. part. 14. in quo caſu loquatur.*
9 *Dec. 1. nu. 107. part. 1. rec. declaratur.*
10 *Merlin. dec. 260. pariter declaratur.*
11 *Verba* familiæ, poſteritatis, & ſucceſſorum, *ſi ſtent acceſſoriè, & conſecutivè, operari non poſſunt vocationem nepotum ſub nomine filiorum.*
12 *Prout nec etiam prohibitio Trebellianicæ.*
13 *Illorum vocationem benè induceret prohibitio alienationis bonorum.*
14 *Et ſi ita eſſet reſtricta ad filios primi gradus, nihil operaretur.*
15 *Ex quibus habeatur excluſio nepotum.*
16 *Coniecturæ ſuadentes nepotum excluſionem, aliis debent prævalere.*
17 *In dubio eſt iudicandum, quòd nepotes non intelligantur vocati ſub filiorum vocatione.*
18 *Plus urgere non debet referens, quàm relatum.*
19 *Appellatione familiæ & poſteritatis veniunt quoque fœminæ.*
20 *Etiam ſi fuerint excluſæ aliquæ fœminæ dotatæ.*



21 *Vocatio legitimorum & excluſio ſpuriorum non inducit fideicommiſſum agnatitium.*
22 *Minùſve excluſio Monaſteriorum, & Regularium.*
23 *Nec etiam excluſio fiſci.*
24 *Neque demum argumentum ductum à ſtatuto fœminarum excluſivo.*
25 *Præcipuè ſi agatur favore fœminæ, quæ ex ipſo ſtatuto excluderet maſculum remotiorem cum ipſa concurrere prætendentem.*

## DECISIO XXII.

COntendens Comitiſſa Anna Maria Vincentina de
Carandinis immiſſionem ex remedio *leg. fin. Cod. de
edict.* Div. Adrian. Tollen. poſtulatam per Ioſephum Vin-
centinum ſe vocatum prætendentem ad fideicommiſſa tam
Alexandri Proavi, quàm Anibalis Senioris Avi, ſenten-
tiam abſolutoriam favorabilem reportavit à R. P. D. Orga-
no in locum A.C. deputato, quæ licet in ulteriori inſtantia
præviis duabus deciſionibus editis ſub diebus 2. Aprilis, &
4. Iunii 1696. per R.P.D. meum Capraram revocata exti-
terit, & immiſſio Ioſepho conceſſa; nihilominùs contro-
verſia hac in tertia inſtantia mihi commiſſa, ſedulòque re-
cognitis præfatorum teſtatorum diſpoſitionibus, reſpon-
ſum fuit pro ſententiæ Rotalis infirmatione, prout ex de-
ciſione per me extenſa die 14. Iunii ſuperioris anni; adver-
ſus quam conceſſa Joſepho nova audientia, cum de illius
hodiè viribus diſputetur, non hæſitarunt PP. permanen-
dum eſſe in deciſis.
Et ſanè præterita deciſio duobus fundamentis innixa,
altero nimirùm antedictorum fideicommiſſorum termi-
nationis, & altero in omnem caſum durationis favore Co-
mitiſſę, ſeu ipſius filii, in utroque ſubſiſtere viſa fuit; nam re-
ſpectu terminationis, ſi agitur de prętenſo fideicommiſſo
Alexandri, ex eiuſdem teſtamenti, & codicillorum lectura
apparet, ſolùm fuiſſe vocatos, ſeu ſubſtitutos ſuorum filio-
rum hęredum filios, ſub quorum nomine venire non poteſt
1 Ioſeph nepos, & reſpectivè pronepos, ut ſunt text. aperti
*in leg. Gallus, §. Ibidem credendum, ff. de lib. & poſthum. l. quod ſi
nepotes, ff. de teſtam. tutel.* & tradunt Altograd. Iun. *controv. 64.
n. 10.* Saminiat. *controv. 19. nu. 11.* Rota coram Dunozett. Iun.
*dec. 649. n. 17.* coram Cardin. Cerro *dec. 516. n. 4.* in Tropien. fi-
deicommiſſi 26. Novembris 1695. *§. Teſtator ſiquidem*, cor.
bon. mem. Emerix, & aliis adductis in Vercellen. prætenſæ
Immiſſionis 17. Februarii proximè præteriti, *§. Nec ex eo
quod*, coram me.
Abſque eo, quòd recurri valuerit ad coniecturas teſtan-
tis animum ſuadentes invitaſſe etiam ad ſucceſſionem ne-
dum filiorum filios, ſed etiam nepotes, & pronepotes, ulte-
rioreſque deſcendentes, ex quibus ab hac generali recedi
ait Rota coram Dunozzet. Sen. *dec. 81. n. 10.* coram Merlin.
*dec. 206. n. 4.* in Parmen. Iuriſpatronatus 16. Februarii 1693.
2 *§. Neque perpenſa*, coram Reverendiſſimo D. meo Decano,
& in dicta Vercellen. prætenſæ Immiſſionis, *§. Et quamvis*,
coram me.
In caſu præſenti coniecturæ per Ioſephum adductæ nulla-
tenùs hanc voluntatem teſtantis convincunt, utpotè leves,
& irrelevantes, quando in hoc caſu requiruntur urgentes, &
violentæ, ut à verborum teſtatoris proprietate recedatur,
per ea, quę notant Saminiat. *controv. 19. n. 18.* Modern. Foroli-
vien. *dec. Florent. 4. n. 66.* Rota coram Celſ. *dec. 34. & in rec. deciſ.
262. utrobique n. 4. p. 17.*
Nam prima deſumpta ex ſuppoſita indefinita ſubſtitutio-
ne filiorum naſciturorum, relevare viſa non fuit, eò quia ta-
lis indefinita ſubſtitutio, ultrà quòd non legitur de quibuſ-
cumque filiis naſcituris in genere, ſed reſtricta ad filios fi-
liorum hæredum inſtitutorum, cum non habeat verba tra-
ctum ſucceſſivum, ſeu perpetuitatem temporis importantia,
ut ex vi ſimilium verborum adiunctorum extendi poſſet ad
nepotes, pronepotes, & deſcendentes, iuxta terminos, quos
3 percutiunt auctoritates in oppoſitum adductæ; ſed ſimplici-
ter vocati ſint filii filiorum, hoc enim caſu, licèt adſit ver-
bum, *naſcituros*, ſubſtitutio optimè verificatur in filiorum fi-
liis, qui de tempore teſtamenti non erant adhuc nati, & con-
ſequenter operari non debet extenſionem fideicommiſſi ad
ulteriores deſcendentes, ut in puncto firmant Roſ. *conſult.
42. n. 6.* & ſignanter *in verſ. etiamſi addat particulam naſcituros*,
Saminiat. *controv. 19. n. 3. & 20.* Mart. *de ſucceſſ. legal. p. 1. q. 2. art.
4 5. num. 36. verſ. & hoc caſu*, Rota coram Bich. *dec. 480. nu. 28.
in recent. deciſ. 262. num. 6. part. 17.* & ita conciliando contra-
rias auctoritates diſtinguit in dicta Vercellen. prætenſæ im-
miſſionis 17. Februarii proximè præteriti, *§. Neque plus*, co-
ram me.
Quin hæc perpetuitas deſcendat ex prohibitione bono-
rum concepta cum dictionibus, *nullo umquam tempore* nam
quidquid eſſet, ſi talis prohibitio dirigeretur in ipſa bona,
vel ſi generaliter, & abſolutè determinata fuiſſet filiis na-
ſcituris in genere, cùm in hypotheſi demandata fuerit per-
ſonaliter filiis primi tantùm gradus, & hæredibus inſtitu-
tis, ut in teſtamento, ibi; *Voluit, & mandavit, quòd nemo
dictorum filiorum, & hæredum poſſit &c.* & in Codicillis, *In eo
loco mandans, quòd ſi aliquis dictorum ſuorum filiorum, & hære-
dum ad aliquem actum alienationis &c.* ſequitur, quòd ea tam-
quam ad filios primi gradus reſtricta non comprehendit ne-
potes, & multò minùs ulteriores deſcendentes, minùſque
deſervit pro coniectura illorum vocationis, ſeu comprehen-
ſionis, Rimin. Sen. *conſ. 119. n. 2. in fin. & n. 21. lib. 1.* Caſtald.
*conſul. 260. n. 11. cum ſeqq.* Rota coram Celſo *dec. 225. n. 5.* cum
aliis in deciſione, quæ confirmatur, *§. Cuiuſmodi generis*,
ut hinc verba illa, *Ne ullo unquam tempore*, intelligi debeant
juxta ſubiectam materiam, durante nimirùm vita priorum
hæredum inſtitutorum, quibus prohibitio demandata fuit,
Rota coram Merlin. *dec. 669. n. 15. cum ſeqq.* coram Cerro
*dec. 945. num. 3.* cum aliis in Bononien. fideicommiſſi de
Ghiſleriis 24. Februarii 1695. *§. Inefficax*, coram Reve-
rendiſſimo Hervault.
Neque plus valuit ſecunda coniectura elicita ex voto
conſervandi bona in familia, quod teſtator expreſſit in plu-
ribus Codicillorum partibus; nam votum huiuſmodi non
eſt abſolutum, & independens, ſed ſtat reſtrictivè, & ac-
ceſſoriè ad fideicommiſſum ordinatum pro filiis, eorum-
que filiis, ut demonſtrat deciſio præcedens, *§. Neque vis
aliqua*, & tunc non extendit fideicommiſſum ultrà perſo-
nas, atque gradus expreſſos, Rota coram Seraphin. *deciſ.
1023. n. 9. in rec. deciſ. 195. n. 6. dec. 181. n. 6. & ſeqq. p. 11. & deciſ.* 7
*807. n. 11. cum ſeqq. p. 18.* nec deſervit pro coniectura com-
prehenſionis nepotum, aliorumque deſcendentium ſub no-
mine filiorum, Saminiat. *conſ. 8. n. 27. poſt controv.* Altogr. Rota
coram Cerro *dec. 516. n. 8. cum ſeqq. & in rec. dec. 667. num. 11.
part. 2.* Et contrarium non firmat *dec. 465. part. 14.* nam in
eo caſu inter alias coniecturas aderat ſtrictiſſima prohibi-
tio alienationis bonorum, ea ratione, ut perpetuò rema-
nerent penes hæredes inſtitutos, & ſubſtitutos, & eorum
hæredes in infinitum, quæ operatur, ac ſi teſtator dixiſ-
ſet, de hærede in hæredem, & de deſcendente in deſcen-
dentem, *ut ſub n. 26.* Prout nec *dec. 1. n. 107. p. 10. rec.* quia 9
in ea ex dicto tantùm unius ex Dominis adducitur ſimplex,
et generalis concluſio, quòd ex ratione etiam conſecutivè
poſita declaretur fideicommiſſum, nec agitur de illius pro-
rogatione ultrà gradus, et perſonas expreſſas, Merlin *au-* 10
*tem in dec. 206. nu. 30.* licèt ex hac ratione deducat aliquam
coniecturam pro comprehenſione nepotum ſub nomine fi-
liorum, tamen ſuper ea parùm inſiſtit, ſed fundatur in tot
aliis urgentioribus, quæ in ſuo caſu concurrebant, ut ſe
explicat *ſub num. 31. & 32.*
Minoris relevantiæ comperta fuit tertia coniectura de-
prompta ex eo, quòd teſtator in codicillis adhibuit verba
collectiva plurium graduum, et perſonarum, nimirùm, *fa-
miliæ, & poſteritatis, & ſucceſſorum*; nam cum verba præfa-
ta non ſtent de per ſe, et independenter à fideicommiſſo
ordinato pro filiis, et filiorum filiis, juxta terminos au-
ctoritatum in oppoſitum adductarum, ſed acceſſoriè, et con-
ſequutivè ad illud, ut cum ſuum effectum operari poſſunt in
filiis filiorum, non ſunt extendenda ad ulteriores deſcen-
dentes in odium hęredis gravati, Rot. *in rec. dec. 663. n. 19. p. 1.* 11
in Bon. fideic. de Ghiſleriis 2. Martii 1693. *§. Quæ fortiùs ſtrin-
gunt*, cor. bo. me. Benincaſa confirmata 17. Iunii ſuperioris
anni, *§. Igitur concurrentibus*, cor. R.P. D. meo Molines, & in
ſpecie ſic diſtinguendo, latè pluribus recollectis, in prętérita
deciſione, *§. Quoties enim*, cor. me, ac in dicta Vercellen. prę-
tenſę Immiſſionis 17. Februarii proximè præteriti, *§. In hypo-
theſi pariter*, coram me.
Prout nihil ſtingit quarta coniectura elicita ex prohibi-
tione Trebellianicæ facta filiis, & hæredibus, ac ſubſtitu-
tis; nam cum detractio Trebellianicæ non competat, niſi
primis hæredibus gravatis, non autem ſubſtitutis, prohi-
bitio illius facta intelligitur ſolis inſtitutis, & inter ſe invi-
cem ſubſtitutis, non autem ulterioribus deſcendentibus,
quibus ius detrahendi Trebellianicam non competit, Al-
tograd. Iun. *controv. 61. n. 32. cum ſeqq.* Rot. in Romana Immiſ-
ſionis 15. Februarii 1694. *§. Altera verò*, coram R.P.D. meo
Molines, & in contrarium inapplicabiles ſunt deciſiones in
Romana fideicommiſſi de Alborghettis 4. Februarii 1686.
*§. Quinto verſ. fruſtra autem fieret prohibitio alienationis*, cor.
Cardin. Matthæio. & in Romana fidęicommiſſi de Vare-
ſiis 6. Apr. 1696. *§. Tertia verſic. cum etenim talis prohibitio*,
coram

coram eodem R.P.D. meo Molines, quia in eis non agebatur de prohibitione, trebellianicæ, ſed prohibitione alienationis bonorum, quæ erat adaptabilis tam primis, quàm ulterioribus hæredibus ſubſtitutis.

Demùm nullius penitùs roboris apparuit quinta conjectura conſtituta in prohibitione alienationis, cum ea litteraliter reſtricta legatur ad filios primi gradus, tam in teſtamento, quàm codicillis, ut eapropter fideicommiſſum reſtrictum dicatur ad illos, non autem ad ulteriores deſcen-
14 dentes, quibus etiam alienationem prohibuiſſet, ſi gravare voluiſſet, ut dixit Rota coram Cerro *dec.*516.*n.*11.*dec.*181.*n.*13.*cum ſeqq. p.*11.*rec.*

Quæ nepotum excluſio clarius procedit ex aliis conjecturis eidem famulantibus, ex parte Comitiſſę deductis, ſiſtentibus in eo, quòd diſcretivè vocati fuerunt filii, filiorumque filii, prohibita alienatio dumtaxat fuit filiis primi gradus, ſubſtitutio reciproca ſolùm facta fuit inter priores hæredes, ſeu filios primi gradus, & declaratum extitit in Codicillis, quòd Monaſterium, vel Eccleſia, tam in conditione, quàm in vocatione, non intelligatur loco filii, atque ex aliis adductis in pręcedenti deciſione, *§.Quarum prima, cum multis ſeqq.* & in dicta Vercellen. prętenſæ Immiſſionis 17. Februarii proximè præteriti *à §.Eoque magis*, ubi plurimę
15 iſtarum conjecturarum approbantur, quæ tamquam ad excluſionem fideicommiſſi tendentes prævalere debent, Altograd. Jun. *controv.*97.*n.*65. Modern Forolivien. *dec.Florent.*4.*n.*
16 88. Rot.cor.Dun. Sen. *dec.*81.*n.fin.* & ponunt in claris excluſionem nepotum, quamvis in hoc caſu ſatis eſſet rem eſſe dubiam, ut aliis recollectis advertitur ad d. Vercellen. prætenſæ Immiſſionis, *§.fin.* coram me.

Superiùs firmata pro terminatione fideicommiſſi Alexandri pariformiter procedunt quoad alterum Annibalis filii, qui cum eius bona paterno fideicommiſſo ſubiugaverit, ad illius limites intelligi, ac interpretari debet, ne plus ſit in referente, quàm in relato, ut ratiocinatur prior deciſio, *§.*
17 *Quo verò*; non urgente, quòd Annibal mandaverit, dictum fideicommiſſum Alexandri ſervari in omnibus, & per omnia per eius filios, & hæredes, ac alios ſucceſſores, & deſcendentes, quia hìc teſtator non terminavit orationem, ſed
18 ulteriùs progreſſus fuit, *juxtà tenorem dicti fideicommiſſi nominatos*, per quam generalitatem præcedentem reſtrinxit ad illos ſucceſſores, & deſcendentes nominatos in teſtamento Alexandri, cum aliis animadverſis in deciſione, quę confirmatur; *eodem, §.Quo verò.*

Prætereà admiſſa etiam per modum diſcurſus duratione fideicommiſſorum huiuſmodi, Ioſeph nullam habet actionem contra portionem à Comitiſſa poſſeſſam, tum quia in ea non fuit reciprocè ſubſtitutus, ut probat prior deciſio coram me, *§.Ulteriùs*; tùm etiam quia Comitiſſa, ſeu eius filius in his fideicommiſſis non remanſiſſet excluſus, cum non ſint ſtrictè agnatitia, ſeu inſtituta pro ſolis maſculis ex maſculis; nam ſe declarante teſtatore in procemiali parte codicillorum conſulere velle familiæ poſteritati, & bonis ſub his verbis communibus veniunt nedum maſculi ex maſculis, ſed etiam fœminæ, & deſcendentes ex eis ſignanter, ut hìc, in ſubſidium, & in defectum maſculorum cuiuslibet Columnelli, ut de verbo familiæ, Balducc. *in obſervat.*
19 ad Ramon. *conſil.*61.*n.*53. Torr. *de primog. Ital. tom.*1.*cap.*38.*nu.*234. Rota in Bonon. Fideicommiſſi de Ghiſleriis 2. Martii 1693. *§.Et ſane dubietas*, cor. bo. mem. Benincaſa, & in nullius, ſeu Orbitellen. Iuriſpatronatus 13. Januarii 1696. coram R. P. D. meo Scotto, & de verbo poſteritas, ſeu poſteri, Mietez. *de maiorat. p.*2.*q.*6.*n.*354. Torr. *de primog. Ital. d. tom.*1.*cap.*25.*n.*58. cum aliis longa manu congeſtis in præterita deciſione, *§.Tum ex quo.*

Agnatio in hypotheſi ſtrictè, & rigoroſè contemplata prætendi non poteſt ab excluſione fęminarum; nam ea non eſt perpetua, & indefinita, ſeu per modum regulæ, ſed de filiabus filiorum hęredum, quibus de dote proviſum fuit; undè quoad cæteras de dote non proviſas, prout eſt Comitiſſa, non inſurgit excluſionis argumentum, Rota *in rec. dec.*57.*nu.*12.*p.*13. in Interamnen. Fideicommiſſi prima Decembris 1690. *§.Neque deſervit*, coram Rev. P. Domino meo Molines; neque à vocatione legitimorum, & excluſione ſpuriorum, & legitimatorum, dum id arguit teſtatorem voluiſſe ſucceſſionem prolis legitimæ, & naturalis, non autem fictæ, & non concludit pro conſervatione agnationis, nec pro vocatione maſculorum, Palma Nepos *allegat.*48.*nu.*47. *cum ſeqq. & allegat.* 221. *num.*48. & 51. minùs ab excluſione Monaſteriorum, & Regularium, cum cenſeatur facta à teſtatore ad effectum providendi conſanguineis in ſæculo exiſten. qui magis indigent facultatibus, quàm Religioſi,
22 ut ponderat appoſitè Palma Nepos *dicta allegat.*48.*n.*49.*& allegat.*221.*n.*31. Rot. cor. Dunoz. Iun. *dec.*220.*n.*8. *& in rec. dec.*216.*n.*31.*p.*8. Prout nec ab excluſione fiſci in caſu delicti; nam cum teſtator ad id moveri potuerit odio fiſci, ſeu delinquentium, non poteſt exindè aliqua trahi conjectura pro conſervatione agnationis, Camerat. *reſp.*48.*n.*28. Rot. Lucen. apud Palm. Nepos *allegat.*216.*n.*32.*cum ſeqq.* & Rot. cor. Dunoz et. Iun. *d. dec.*200.*n.*8. Nec demùm à patrio ſtatuto excluſivo fęminarum, cum quo teſtator ſe conformaſſe aſſerit, tum quia hęc conjectura eſt levis, & ab ea de facili receditur, Rota *in rec. dec.*518.*n.*8.*p.*4. Tum etiam quia ſtatutum non intrat, cùm 23
Comitiſſa iuxta diſpoſitionem eiuſdem ab inteſtato excluderet Ioſephum remotiorem, undè nulla ab eo deſumi poteſt conjectura, Rota *in rec. dec.*514.*n.*8.*p.*5. *dec.*638.*n.*10.*p.*18. & in Sabinen. Cenſus 10. Januarii præteriti, *§.Nec ſubſiſtit ſecundò*, coram me.

Et ita DD. in reliquis remiſſivè ſe habentes ad firmata in præterita deciſione, reſolverunt, utraque &c.

## R. P. D. URSINO.

### Sutrina Fideicommiſſi.

*Luna 16. Junii 1687.*

### ARGUMENTUM.

Quoties filii in conditione poſiti eſſent diſpoſitivè vocati priùs ſuccedere deberent maſculi, & poſteà fœminæ, ſi adſit ſtatutum fœminarum excluſivum, licèt teſtator poſuerit in conditione tam maſculos, quàm fœminas cum copula &.

### SUMMARIUM.

1 *Filii in conditione poſiti ex ſtatuto urbis cenſentur diſpoſitivè vocati.*
2 *Sed ſi exiſtant maſculi, iſti præferuntur, quando ſtatutum fœminas propter maſculos excludit, cum qua diſpoſitione cenſetur teſtator ſe voluiſſe conformare.*
3 *Iſta tamen concluſio locum ſibi non vindicat, ſi teſtator poſuerit expreſsè in conditione tam maſculos, quam fœminas.*
4 *Contrarium eſt verius, & nu.*6.*&* 8.
5 *Licèt adſit copula, &.*
7 *Teſtator ſi aliter diſpoſuerit, quàm ſtatutum, non cenſetur ſe cum illo conformare voluiſſe.*
9 *Voto conſervandi agnationem non repugnat, quòd propter gubernium familiæ in aliqua parte teſtator fœminam vocaverit.*
10 *Regulare eſt, quod teſtatores quoad certos tantùm agnatos, & in una dumtaxat parte diſpoſitionis ſint de conſervatione agnationis ſolliciti, & in alia non.*
11 *Obſervantia benè poteſt defuncti interpretare voluntatem.*

## DECISIO XXIII.

Poſtquam DD. ſub die 8. Martii anni proximè præteriti ſtatuere deliberantes, an fœminæ poſitæ in conditione in reciproca ſubſtitutione fideicōmiſſaria per quond. Gabrielem ſeniorem de Pavoniis inter ſex eius hæredes, & filios ordinata, dicerentur diſpoſitivè vocatæ in vim ſtatuti urbis *c.*142.*lib.*1. itaut deneganda, ſeu potiùs confirmanda eſſet immiſſio in priori inſtantia decreta Marthæ Pavoniæ de Ciaffonis in poſſeſſionem tertiæ partis bonorum fideicommiſſariorum obventæ Maximino eius Patri, uni ex dd. hæredibus inſtitutis, Vincentius aliique de Bartolaccis hæredes teſtamentarii quondam Gabrielis iunioris dictę Marthæ Germani fratris, ut diſpoſitivam vocationem ab Actrice ut ſupra deſumptam ex ordinatione ſtatuti urbis prorsùs excluderent, prævia diſputatione dubii particularis, ſub die prima Iulii eiuſdem anni impetrata remiſſoria Rotali, in illius vim quinque Curiales examinari curarunt in partibus ſuper omnimoda & immemorabili inobſervantia, ſive non uſu dicti ſtatuti in oppido, & ſtatu Roncilionis, tametſi in urbis diſtrictu poſito; & ſucceſſivè examine perfecto eoque ad urbem pervento, reproponi hodiè fecerunt cauſā, ſub dubio originario commiſſioni cōforme, & bis abſque reſolutione propoſito: An ſcilicet ſit locus Ægidianę, ſive potiùs ſit danda immiſſio, & DD. ſepoſitis pręfatis probationibus, & relicto accuratiori examine eorum quę exinde depromebantur ſuper non uſu Romani ſtatuti in regione illa diſtrictuali, negativè in omnibus reſponderunt,

ex eo



ex eo dumtaxat decretæ immiſſionis & ſententiæ iniuſtitiam deducentes, & reſolutionem hanc ſatis firmari credentes, quòd admiſſa etiam ſine veri præiudicio diſpoſitiva vocatione Marthæ Ciaffonæ vigore ſtatuti urbis, adhuc cum eadem poſt mortem Patris ſola non ſuperfuerit, ſed ſimul extiterit Gabriel iunior filius maſculus, in concurſu cum iſto, excluſa utique remanſit à fideicommiſſaria ſucceſſione Patris, juxta ſenſum & diſpoſitionem, nedum eiuſdem ſtatuti urbis, ſed etiam particularis terræ Roncilionis, uniformiter mandantium, quòd extantibus maſculis, fęminæ non ſuccedant, quibus Gabriel ſenior teſtando cenſentur ſe conformaſſe, & ſenſiſſe, quòd fęminæ ſuccederent maſculis non extantibus, ex ratione quam reddunt Bartol. *in l. hæredes mei, §.Cum ita, ff. de Trebell. & in l.*
2 *iuris iurando, §.ſi liber. n.*5.*ff. de oper. libert.* Surd. *conſ.*325.*n.*2.*& conſ.*443.*n.*38. Peregrin. *de fideic art.*17.*n.*4.*& art.*25.*n.*53. aliique per Rotam *dec.*583.*n*.... coram Cavaler. *& dec.*884. coram Buratt. *& dec.*25.*nu.*2.*& ſeqq.* poſt Paitell. *dec. Civil. & in dec.*274.*n.*32.*p.*18.*tom.*1.*rec.*

Nec obſtat, quòd idem teſtator non vocaverit filios indefinitè, quo caſu cum fęminæ veniant interpretativè ſub nomine filiorum; rectè intrare poteſt præſumpta conformatio ad ſtatutum municipale excluſivum fęminarum in concurſu cum maſculis; ſed expreſsè in eadem oratione poſuit in conditione fęminas æquè, ac maſculos, per dictiones, *tam, & quam*, quæ cum de ſui natura pręſeferant paritatem, & qualitatem inter vocatos, ſimultaneam earumdem vocationem inducunt, ut tenet Ruin. *conſ.*90.*n.*3.
3 *& conſ.*150.*n.*16.*&* 17.*lib.*2. Alciat. *reg.*3.*præſumpt.*32. Gabriel. *conſ.*130.*n.*10. & Peregrin. *conſ.*57.*n.*10.*& ſeq. lib.*1.

Etenim, etſi dictiones prædictæ fęminas parificent maſculis, hæc tamen parificatio procedit dumtaxat ad effectum excludendi ſubſtitutum, ſecùs autem quoad ius ſimul ſuccedendi cum maſculis, & quoad tempus ſucceſſionis, ad cuius effectum dictiones præfatæ accipi debent ſingulariter, ut ſcilicet primò cenſeantur vocati maſculi, ſi extent, & eis non exiſtentibus, fęminæ ad normam legis municipalis, ut in terminis præciſis vocationis maſculorum, & fęminarum, & per dictiones, *tam & quam*, firmant Menoch. *c.*973.*n.*1.*& per tot.* & ſignanter *nu.*11.12 *&* 14.
4 Bellon. *de iur. accreſc. c.*5.*q.*26.*n.*162.*& pluribus ſeq.* Alciat. *c.*39.*n.*21.*lib.*9. Jaſ. *conſ.*56.*n.*4.*verſ. Nec dicat aliquis lib.*1. Purpurat. *conſ.*186.*n.*1.*& ſeq.* Roland. *conſ.*58.*n.*66.*lib.*3.*& conſ.*84.*nu.*17.*lib.*4. Decian. *conſ.*127.*n.*28.*lib.*3. Buratt. *conſ.*63.*n.*16.*verſ. ſimiliter procedit*, aliique relati per Peregrin. *de fideic art.*13.*nu.*64.*& art.*17.*n.*8.*verſ. Intellige etiam* ut in terminis vocationis fęminarum & maſculorum per copulam, *Et*, de cuius pariter natura eſt vocatos æqualiter coniungere, punctualiter ſubſtinent Mandell. *c.*237.*n.*1. ubi de communi, Peregrin. *conſ.*
5 10.*n.*9.*l.*2.*& de fideic. art.*17.*n.*3.*&* 4. Mantic. *de coniect. lib.*8.*tit.*12.*n.*10. Anchar. Jun. *q.*63.*n.*11.*lib.*2. Fuſar. *c.*62.*n.*8.*& de ſubſtit. p.*9.*n.*11.*& ſeqq.* Hancque eſſe ſententiam magis communem ac veriorem, à qua in judicando & conſulendo non ſit recedendum, teſtantur Fuſar. *ubi ſupra n.*16. Bellon. iun. *d. q.*26.*nu.*172.*& ſeqq.* Actolin. *reſol.*14.*n.*12. & pleniſſimè Rota *d. dec.*25.
6 *n.*2.*& ſeqq.* poſt Paitell. *dec. Civil.* ubi reprobat Doctores in obiecto allegatos contrarium tenentes.

Neque plus valet, quòd ubi, prout hìc, teſtator aliter diſpoſuit in teſtamento, quàm ſtatutum præcipit ab inteſtato, ceſſet pręſumpta eiuſdem conformatio cum ipſo ſtatuto,
6 iuxta tradita per Caſtill. *controv. iur. de interpret. ult. vol. l.*4.*c.*30.*ſub n.*77. Bottiglier. *de ſucceſſ. ab inteſt. theorem.*26.*c.*4.*n.*6.*&* Rota in Æſina ſucceſſionis 1. Julii 1682. *§. multoque minùs*, coram Eminentiſſimo Mattheio: Siquidem aut diverſitas & incompatibilitas diſpoſitionis ſtatutariæ cum voto teſtatoris deducitur, ex quo illud ad conſervandam agnationem maſculos fęminis præfert, Teſtator autem vocavit fęminas ęquè ac maſculos, & aſſumptum non remanet ſatis probatum; cum hoc ſit petere principium, & ſupponere eas vocatas ſimul cum maſculis, quod eſt in quęſtione, quodve ex dictis in iure eſt erroneum: Aut difformitas deſumi-
8 tur, ex quo d. teſtator unà cum propriis filiis maſculis uxorem hęredem inſtituit, ſicque admittendo fœminas in concurſu cum maſculis, contemplaſſe non dicatur agnationem, cui ſtatutum unicè intendit providere; & adhuc obiectum exindè non ſatis iuſtificatur ex eo, quòd inſpecto teſtamenti tenore conſtat uxorem teſtatoris in ſeptima parte unà cum ſex eius filiis maſculis eatenus fuiſſe inſtitutam hæredem, quatenùs deberet domum regere, & gubernare, & conſulere imbecillitati filiorum in pupillari ętate exiſtentium, & ulterius apparet, eamdem fuiſſe gravatam in caſu deficientię ad reſtitutionem ſuę portionis favore cohæredum inſtitutorum: Atque hinc cum illius inſtitutio, & ſubſtitutio expreſſe ordinata legatur ad commodum maſculorum, neglecta inde dici non poteſt conſervatio agnationis, ſed enixiùs contemplata, tametſi incluſa, & vocata fuerit fœmina ſimul cum maſculis, cùm inconveniens non ſit, neque voto conſervandi agnationem repugnet, quòd propter gubernium familiæ, uxor in ſeptima parte cum filiis admittatur, & poſt illius obitum agnatio purè & integrè conſervetur, ut ponderat Soccin. Jun. *conſ.*116.*n.*10.*lib.*3. & Rot. *dec.*427.*n.*43.*p.*5.*rec. & dec.*129.*n.*18. cor. Bich.

Non benè demùm educitur incompatibilitas utriuſque diſpoſitionis, ex quo *in dicta lege municipali* excludantur fęminæ in concurſu cum Patruis, in teſtamento autem Gabrielis fęminæ tamquam ſimpliciter in conditione poſitæ ad excluſionem Patruorum vocentur. Nam etſi verum ſit, quòd teſtator agnationem neglexerit in concurſu fęminarum deſcendentium cum Patruo, ex quo in hac parte receſſerit à ſtatutaria ſanctione, hic tamen caſus tamquam impertinens ad caſum controverſum, quo maſculi, ex fęmina per lineam rectam deſcendentes, ſimul concurrunt, non tollit, quin in hoc caſu diverſo habita dicatur ratio conſervandæ agnationis, & relatio, ſeu cônformatio ad aliam partem ſtatuti, cum novum & irregulare non ſit, quòd teſtator quoad certos tantùm agnatos & in una dumtaxat parte diſpoſitionis fuerit de huiuſmodi conſervatione ſollicitus, & in alia non, ad tradita per Caſanat. *cap.*4.*n.*219. 10
Soccin. Jun. *cap.*4 *n.*20.*l.*3. Cyriac. *controv.*283.*n.*45. & plures alii congeſti per Actolin. *reſolut.*73.*n.*36.*& reſolut.*83.*num.*6. Gabriel. *cap.*132.*n.*47.*verſ. Demum ſi, l.*1. Rota *dec.*195.*n.*11.*p.*5.*rec.* & optimè *in d. dec.*25.*per tot.* poſt Paitell. *dec. Civil.* & valdè conferunt, quæ firmantur in *dec.*274.*nu.*29.*& ſeqq. p.*18.*tom.*1.*rec.*

Eòque libentiùs DD. in hanc ſententiam iverunt, attenta ſubſecuta obſervantia uniformi, iuxta quam fęminæ deſcendentes poſt obitum teſtatoris uſque de an. 1657. ſequutum, numquam fuerunt ad ſucceſſionem hanc fideicommiſſariam admiſſæ, quæ omnem tollit difficultatem, & mirificè infert pro interpretatione dubiæ mentis teſtantis, ut omiſſis generalibus, in his præciſis terminis aiunt Menoch. *d. conſ.*973.*n.*19 *verſ.*6. & Rota *dec.*356.*n.*3. cor. Cavaler.

Et ita utraque &c.

## R. P. D. MOLINES.

### Romana Fideicommiſſi.

*Luna 24. Aprilis 1690.*

### ARGUMENTUM.

Filii in conditione poſiti, etſi haberentur, ac ſi eſſent diſpoſitivè vocati, non exindè tamen evenit, quòd cenſerentur quoque gravati, niſi contraria teſtatoris deſumeretur voluntas, quę in deciſione arguitur ex ſubſequenti ſubſtitutione facta poſt omnium deficientiam. Fideicommiſſum, quod dependet à conditione, *ſi ſine filiis*, per filiorum exiſtentiam non expirat, quoties conditio ſcripta fuerit cum verbo - deficientibus - vel conſtet, teſtatorem præ oculis perpetuitatem habuiſſe.

### SUMMARIUM.

1 *Diſpoſitio Ægidianæ conſtitutionis locum ſibi vindicat in quocumque iudicio poſſeſſorio inter laicos, & ſuper bonis laicalibus promoto.*
2 *Immiſſio debetur fideicommiſſario.*
3 *In conditione poſiti cenſentur diſpoſitivè vocati.*
4 *Et cenſentur quoque gravati, ſi adſit ſubſequens ſubſtitutio poſt deficientiam omnium.*
5 *Illi, qui vocati non fuerunt in parte diſpoſitiva, comprehendi non poſſunt in parte conditionali.*
6 *Limita, ſi verba conditionis magis latè pateant, & contineant perſonas diverſas ab expreſſis in diſpoſitiva.*
7 *Ex ſtatuto urbis poſiti in conditione habentur tamquam expreſsè vocati, & ac ſi fuiſſent ſpecialiter nominati in diſpoſitiva.*
8 *Subſtitutio facta cum conditione, ſi ſine filiis, per filiorum exiſtentiam expirat.*
9 *Limita, ſi teſtator habuerit præ oculis perpetuitatem fideicommiſſi, & tractum futuri temporis remotiſſimum, ac condiderit ſubſtitutionem ſucceſſivam favore alterius.*
10 *Verbum, deficientibus, comprehendit tam caſum non exiſtentiæ, quàm ſuperexiſtentiæ, & deinde deficientiæ.*
11 *Dos detrahi nequit ſuper bonis fideicommiſſariis, niſi in ſubſidium.*
12 *Mulier permittens, quòd creditores poſteriores in bonis liberis ſatisfactionem conſequantur, nullam habet actionem ſuper bonis fideicommiſſo obnoxiis.*

13 *Si melioramenta fuerint in genere probata, ſolet dari immiſſio cum præfixione termini poſſeſſorii ad ea liquidanda in ſpecie.*

## D E C I S I O XXIV.

CEſſit ab humanis Petrus Alverus cum teſtamento, in quo inſtitutis ſibi univerſalibus hæredibus Papirio, & Fabritio filiis, inter eos, eorumque lineas maſculas reciprocum, & perpetuum conſtituit fideicommiſſum, quibus deficientibus ſine prole legitima, & naturali, tunc eis ſubſtituit proprias filias, quas pariter ad invicem ſubſtituit modo, & forma, quibus ſunt ſubſtituti dicti filii maſculi, & demùm deficientibus dictis filiis, & filiabus, & deſcendentibus eorum, voluit ſuccedere in hæreditate, & bonis proximiores agnatos domus, & familiæ ipſius teſtatoris.

Defecerunt tam lineę maſculinę hęredum inſtitutorum, quàm filiæ teſtatoris ſecundo loco vocatæ, ſuperſtitibus tamen eorum deſcendentibus, nempè Annibale de Annibaldenſibus de Molaria, & litis conſortibus, qui prætendentes ſe eſſe vocatos ad huiuſmodi fideicommiſſum, petierunt coram Aud. Cam. immitti in poſſeſſionem bonorum fideicommiſſariorum, & præſertim in domo poſſeſſa ab Angelo Brandoliſiò; & ab illo favorabilem reportarunt ſententiam, à qua appellatione mihi commiſſa per Signaturam iuſtitiæ cum clauſula, *conſtito, quòd ſit locus Ægidianæ*, dedì ad formam commiſſionis dubium, *An illi eſſet locus*; & affirmativa prodiit reſolutio.

Actum quippè fuit inter laicos, & de bonis laicalibus, & ſententia deſuper emanata eſt valida, & iuſta, quo caſu ſemper locum ſibi vindicat Ægidiana, vetans appellationem in quolibet iudicio poſſeſſorio, ut in his terminis plu-
1 ries dixit Rot. & præſertim cor. Seraphin. *dec. 63. n. 1. dec. 150. n. 3. p. 2. & dec. 245. n. 1. p. 12.*

Validitas probatur ex revolutione actorum, nec inter partes controvertitur, & iuſtitia reſultat ex exiſtentia, & purificatione fideicommiſſi favore actorum, ac identitate domus fideicommiſſariæ, quibus concurrentibus rectè fuit ab A.C. conceſſa immiſſio, quæ debetur fideicommiſſario, vel ex remedio *l. final. C. de edict. D. Adrian. toll. vel ex utili Sal-*
2 *viano interdict. ut ex l. 1. C. com. de legat.* paſſim reſpondit Rota & ſignanter *dec. 131. num. 1. p. 1. & dec. 472. eodem num. 1. part. 3. rec.*

Exiſtentia fideicommiſſi, eiuſque purificatio reſultat favore actorum, utpote deſcendentium à filiabus fęminis Petri fideicommittentis, qui cum ad excluſionem proximioris agnati poſuerit in conditione omnes deſcendentes, tam ex filiis inſtitutis, quàm ex filiabus ſubſtitutis, ſequitur, quòd omnes deſcendentes ex eis diſpoſitivè vocaverit, ex *ſtat. urb. cap. 142. l. 1.* ac etiam gravare voluerit unum alteri
3 reſtituere uſque ad ultimum, ut impleatur ſubſtitutio facta favore proximioris agnati poſt deficientiam omnium prædictorrm deſcendentium, cui ſubſtitutioni aliàs locus eſſe non poſſet, niſi unus poſt alterum eſſet gravatus reſtituere, Soccin. Jun. *cap. 150. n. 10. l. 3.* Peregrin. *cap. 54. ſub nu. 7. l. 1.* Simon. de Prætis *de interpret. ult. vol. l. interpret. 3. dubit. 4. ſolut. 1. ſub nu. 27.* Fuſar. *de ſubſtit. q. 441. n. 30.* Arguell. *dec. 79. n. 3. & ſeq.* Rot. *dec. 116. n. 1. & 2 p. 16. dec. 2. n. 6. & 7. p. 17. dec. 645. n. 4. & 5. p. 19.* & in Romana fideicommiſſi de Urſinis 23. Februarii 1682. cor. Albergato.

Non obſtat, quòd deſcendentes ex fęminis, uti non vocati in parte diſpoſitiva, comprehendi non poſſint in parte
5 conditionali, eò quia in iſta repetitæ ſolùm cenſeantur illæ perſonæ, quę ſunt comprehenſę in parte diſpoſitiva; nam reſpondetur, quòd in pręſenti caſu pars diſpoſitiva non eſt expreſsè reſtricta ad certum genus perſonarum, nec in ea deſcendentes ex filiabus ſunt expreſsè excluſi, imò in parte conditionali verba ſunt ampliata, & comprehendunt perſonas diverſas ab illis in diſpoſitiva vocatis, dum in iſta teſtator mentionem facit de filiabus ſuis, & in conditionali ultra iſtarum mentionem ponit expreſsè deſcendentes ab illis, ibi, *filiabus, & deſcendentibus*, quando autem verba conditionis magis latè patent, & continent perſonas diverſas ab expreſſis in diſpoſitiva, tunc ad iſtam non reſtringenda pars conditionalis, de Luca *de fideic. diſc. 71. nu. 11.* Cerrus *dec. 682. n. 5. & dec. 702. n. 9. & 10.*

Pręthereà, ex quo deſcendentes ex fęminis ſunt poſiti in conditione, & pro illorum vocatione militat litteralis ſtatuti urbis diſpoſitio, *dicto cap. 142. l. 2.* habentur tamquam
7 expreſsè vocati, & ac ſi fuiſſent ſpecialiter nominati in diſpoſitiva, *dec. 575.* & ibi Adden. Dunozett. Jun. *dec. 826. n. 1. dec. 348. n. 1. p. 7. rec. dec. 403. n. 1. p. 2. rec.*

Minus obſtat, quòd teſtator filias fœminas ſubſtituerit eo tantùm in caſu, quo filii maſculi hæredis inſtituti decederét ſine prole maſculina, ideòque dum poſteà in parte conditionali mentionem fecit de deſcendentibus filiarum, videatur illos vocaſſe in eodemmet caſu, quo dicti filii maſculi, nempè Papirius, & Fabritius, decederent ſine prole maſculina; cumque iſta conditio evanuerit per obitum prædictorum cum filiis, indè expiraverint cæteræ ſubſtitutiones, ad celebre *conſ. Oldrad. n. 21.*

Placuit enim reſponſio, quòd teſtator habuit prę oculis perpetuitatem fideicommiſſi, & tractum futuri temporis remotiſſimum, eò quia primo loco vocavit filios, 9
eorumque deſcendentes in infinitum, cum expreſſa reciproca ſubſtitutione inter ipſos, & his deficientibus, filiis, & filiabus, ac deſcendentibus, devenit ad ſubſtitutionem proximiorum agnatorum domus, & familiæ, ex quo fit, ut ſecunda ſubſtitutio fęminarum non ſolùm ordinata fuerit poſt deficientiam hæredum primi gradus ſine filiis, ſed etiam in caſu in quo iſti extarent, & poſtea ipſi, vel eorum deſcendentes decederent ſine filiis, quos omnes cenſetur voluiſſe gravare favore filiarum, & deſcendentium ab eis, cum aliàs ultima ſubſtitutio favore agnatorum adimpleri non poſſet, Rota coram Sanctiſſimo *deciſ. 113. à n. 9. ad n. 11. & n. 20. cum ſeqq.* & cor. Cavaler. *dec. 454. n. 8. & 9. dec. 248. n. 9. p. 7.* & in Carpentoracten. fideicommiſſi 14. Martii 1687. *§. Secunda elicitur*, cor. me.

Juncto verbo, *deficientibus*, appoſito tam in parte diſpoſitiva, in qua vocantur filiæ, quàm in conditionali, in qua vocantur deſcendentes, quod comprehendit nedum caſum non exiſtentiæ prolis maſculinæ in conditione poſitæ, verùm etiam eius ſuperexiſtentiæ, & deindè deficientiæ, gloſſ. *in l. unica, §. Ubi autem, §. Deficiat, C. de caduc. toll. & in §. Hinc nobis, §. Deficientibus, auth. de hæred. & falcid.* Rota *dec. 689. n. 2.* ibique Adden. *litt. B*, cor. Buratt. Bich. *dec. 4. n. 7.* & noviſſimè in Romana fideicommiſſi de Cribellis 25. Martii *ſub §. Quoniam teſtator*, & 22. Junii 1689. coram me.

Comprobata ex his exiſtentia fideicommiſſi, eiuſque purificatione, non eſt retardanda immiſſio ſuper domo controverſa, ſub prętextu rętentionis pro dote Stratonicę Matheiæ uxoris Papirii primi hæredis, & matris Cloridę fratrum venditorum; eo tamèn tempore, quo deventum fuit ad alienationem domus, aderant plura bona libera Papirii, prout comprobant actores, nempè tenuta nuncupata, *la Cervelletta*, vendita paulò poſt diſtractionem domus pro ſatisfactione creditorum poſteriorum dictæ dotis, qui receperunt pretium cum cautione de reſtituendo prioribus, & potioribus, quo poſito non poterat devenire ad diſtractionem bonorum fideicommiſſariorum, cum remed. *dicta authent. res qua*, ſit ſubſidiarium, & habeat locum non exiſtentibus bonis liberis, Rot. *dec. 189. n. 32.* poſt Zacch. *de obligat. Camer. dec. 48. n. 6. & 7. p. 12.* & alibi paſſim.

Nec iuvat replicare, quòd bona libera Papirii eſſent valdè intricata, ac pluribus debitis obnoxia, quòdque ſtarent ſub executione plurium mandatorum iam relaxatorum, quia dùm ipſa Stratonica eſſet creditrix anterior pro 11
ſua dote dębebat de bonis liberis ſibi ſatisfacere, aliàs dimittendo cæteris creditoribus poſterioribus bona libera, non poteſt iuvari remedio *dicta authent. res qua*, & ſatisfieri de ſua dote ſuper bonis fideicommiſſariis, Rot. *dec. 221. n. 10.* 12
*& dec. 646. n. 21.* cor. bo. me. Card. Cerro.

Quo verò ad melioramenta allegata per Brandoliſium poſseſsorem domus, cum DD. conſtiterit ea eſse in genere probata, ideò immiſſionem conceſserunt actoribus, præfixo termino poſseſsori ad ea liquidanda in ſpecie, iuxta praxim, de qua Rota *in dec. 461. in fin.* cor. Puteo *lib. 2.* Cavaler. *dec. 86. & 543. utrobique n. 3.* Bichius *dec. 304. n. 13. & ſeqq.*

Et ita utraque &c.

### R. P. D. M O L I N E S.

Romana Fideicommiſſi.

*Luna 10. Decembris 1691.*

*A R G U M E N T U M.*

Exponuntur ea quę recenſentur in ſuperiùs appoſita deciſione.

*S U M M A R I U M.*

1 *Filii in conditione poſiti, diſpoſitivè cenſentur vocati.*
2 *Et cenſentur quoque ſucceſſivè gravati unum alteri reſtituere, ſi poſt omnium deficientiam adſit ſubſtitutio favore proximioris.*
3 *Subſtitutus in defectum lineæ, ſeu deſcendentiæ alicuius non cenſetur vocatus ſub extante aliquo de tali linea & deſcendentia.*
4 *Pars conditionalis comprehendit tantummodò eas perſonas in diſpoſitiva contentas.*
5 *Limitatur, quoties in parte conditionali maior amplitudo adſit verborum.*
6 *Verbum - deſcendentes - tam ad filios quam ad filias eſt referendum, ſi fuerit appoſitum poſt mentionem factam de filiis & filiabus, & n. 7.*
*Eoque magis ſi teſtator in primo loco inſtitui fœminas non abhorruerit, n. 9.*
8 *Appellatione deſcendentium veniunt æquè deſcendentes ex maſculis ac fœminæ.*

## D E C I S I O. XXV.

COmperta validitate recognitaque iuſtitia ſententię A. C. concedentis immiſſionem Annibali Anibaldenſi de Molaria litiſque conſortibus vigore fideicommiſſi ordinati à Petro Alvero, dictum fuit locum ſibi vindicare notiſſimam Ægidianam conſtitutionem prohibentem appellationem in ſuſpenſivo in iudiciis poſſeſſoriis, ut in deciſione coram me edita ſub die 24. Aprilis 1690. adverſus quam conceſſa nova audientia, noviterque ad cauſam admiſſa Maria Laura Alvera prætendente ad aliorum excluſionem, ſui favore conſtare de fideicommiſſo, diſceptandum hodiè propoſui dubium: *An ſit ſtandum, vel recedendum à deciſis, vel potiùs cui ſit danda immiſſio*, & inhęrentes fundamentis præmemoratæ deciſionis, *ſtandum in deciſis* cenſuerunt.

Moti eò quia ſuppoſita exiſtentia fideicommiſſi in antecedenti deciſione comprobata, & in præſenti à nemine impugnata, quoad purificationem illius, ſuper qua hodierna cadit diſputatio, hęc apparuit conſtare favore dd. Annibalis, & litis conſortium, ex eo quia tamquam deſcendentes ex filiabus Petri fideicommittentis, veniunt ſub ea conditione, ibi: *Et deficientibus filiis, & filiabus, & deſcendentibus eorum*, ideòque *ex ſtatuto urbis, cap. 142. de filiis in conditione*
1 *poſitis l. 1.* cenſentur diſpoſitivè vocati, & ſucceſſivè gravati unum alteri reſtituere, ut impleatur ſubſtitutio facta favore proximioris agnati poſt deficientiam omnium prædictorum deſcendentium, ut ex Soccin. *cap. 150. n... l. 3.* Peregrin. *conſ. 54. ſub nu. 7. l. 1.* aliiſque allegatis dictum fuit in deciſione quæ revidetur, *§. Exiſtentia fideicommiſſi.*

Et quidem ad excluſionem prædictæ Mariæ Lauræ, cum iſta prætendat purificationem fideicommiſſi, uti comprehenſa in ſubſtitutione propinquorum agnatorum domus,
2 & familiæ ipſius teſtatoris, quæ ſubſtitutio, cum ſit facta ultimo loco, & deficientibus omnibus deſcendentibus, tam à filiis, quàm filiabus teſtatoris, & adſint inter iſtos deſcendentes Annibal, & litis conſortes, non eſt aperta ſucceſſio illius favore, cùm ſubſtitutus in defectum lineæ, ſeu deſcendentiæ alicuius, non cenſeatur vocatus ſubextante aliquo de tali linea, & deſcendentia, *l. 3. & quamdiù 68. ff. de adipiſc. hæred.* Fulgoſ. *conſ. 85. n. 1.* Actolin. *reſol. 115. n. 13.* Rot. *dec. 210. n. 1.* cor. Cerr. *dec. 4. n. 1. p. 14. dec. 284. n. 20. & 21. p. 18.*

In nihilo obſtante unico fundamento adducto à ſcribentibus pro Laura, quòd nempè in parte diſpoſitiva, poſt deficientiam filiorum maſculorum, eorumque deſcendentium, ſubſtitutæ ſolùm fuerint filiæ fœminæ teſtatoris, atque ideò quando in ſubſequenti parte conditionali teſta-
3 tor dixit, ibi, *Ut deficientibus filiis, & filiabus, & deſcendentibus eorum*, iſtorum deſcendentium appellatione, veniant tantùm deſcendentes ex filiis maſculis primis inſtitutis, in quorum deſcendentia teſtator perpetuum, & abſolutum conſtituerat fideicommiſſum, non autem referri debeat
4 hoc verbum, *deſcendentes*, ad deſcendentes ex fęminis, tamquam non vocatos in parte diſpoſitiva, ex regula, quòd pars conditionalis comprehendat eaſdem perſonas in diſpoſitiva contentas.

Quoniam, ut advertit deciſio, quæ revidetur *in §. Nec obſtat*, pars diſpoſitiva non eſt reſtricta ad certum genus perſonarum, nec in ea deſcendentes ex filiabus ſunt expreſsè excluſi; quinimò pars conditionalis magis latè patet, & eſt amplioribus verbis concepta, comprehenditque perſonas diverſas ab expreſſis in parte diſpoſitiva, dum in hac mentio fit tantùm de filiabus teſtatoris, & in conditionali ulteriùs progreditur teſtator, quia poſt mentionem filiarum addit ibi, *& deſcendentibus*, & proindè ſtante hac maiori amplitudine verborum in parte conditionali, hęc non regulatur à diſpoſitiva, nec ad eam reſtringitur, Caſanat. *conſ.*
5 *6. n. 37.* Palma nepos *dec. 221. n. 71. verſ. Ultra quod*, Cardin. de Luc. *de fideic. diſc. 71. n. 11.* Rot. *dec. 682. n. 5. dec. 702. nu. 9. & 10.* cor. Cerr. nec ad hoc contrariantur plures in contrarium adductæ authoritates, quia ex earum lectura viſum eſt non applicari, cum loquantur in terminis, in quibus teſtator, verbum, *deſcendentes*, vel aliud collectivum, vel dubium, declaravit in parte diſpoſitiva eſſe accipiendum in eo ſenſu tantùm, vel reſtrinxit ad certum genus perſonarum, vel loquuntur, quando in parte conditionali non adſunt perſonæ diverſæ ab expreſſis in diſpoſitiva.

Verbum autem, *deſcendentes*, in parte conditionali poſitum, intelligendum eſſe de deſcendentibus ex fęminis, ſuadebatur, tum quia illo teſtator uſus fuit, poſtquam mentionem fecit de filiis, & filiabus, & deſcendentibus eorum, ideòque tam ad filios, quàm ad filias verbum, *deſcendentes*, referendum eſt, *l. talis ſcriptura 30. §. final. ff. de legat. 1.* aliàs lę- 6
deretur ratio recti ſermonis, ſi illud referri deberet ad ſolos filios maſculos; nam ſi teſtator voluiſſet comprehendere tantùm deſcendentes ex filiis, ſtatim ac dixit, ibi, *& deficientibus filiis*, appoſuiſſet, *& deſcendentibus eorum*, cum autem de deſcendentibus locutus fuerit, poſtquam mentionem fecerat etiam de filiabus, ne confundatur oratio, de utriſque deſcendentibus intellexiſse dicendum eſt, ut in ſimili Rota *dec. 28. n. 76.* cor. Arguelles; tum quia teſtator non abhorruit, quòd in hoc fideicommiſſo ſuccederent, tam maſculi, quàm fęminæ, deſcendentes ab utriſque, ut patet, quia inſtitutis Fabritio, & Papirio filiis, cum reciproca inter ipſos, vocavit eorum deſcendentes in infinitum, quo- 7
rum appellatione veniunt æquè deſcendentes maſculi, ac fęminæ, *l. ult. iuxta authentic. ſeq. C. de ſuis, & legitim. hæred.* Rot. *dec. 279. n. 13.* cor. Bich undè dum poſteà in parte conditionali loquitur de deſcendentibus, maxima urget veriſimilitudo, quòd ſi teſtator in primo loco inſtitutis, & magis dilectis, non abhorruit fœminas, & eorum deſcendentes eti- 8
am ad excluſionem propriarum filiarum, multò magis dicendum venit non abhorruiſſe deſcendentes à propriis filiabus, ad excluſionem proximioris agnati, & tranſverſalis, ac minùs dilecti, Rot. *dec. 627. n. 2. p. 2.*

Et ita reſolutum fuit informantibus Fratribus de Molaria, & Maria Laura, non tamen Angelo reo, & poſſeſſore, cui tamen quoad melioramenta ab eo prętenſa in pręterita propoſitione reſervatum fuit temperamentum in ea adhibitum, ſcilicet pręfixionis termini ad illa liquidanda &c.

### R. P. D. M O L I N E S.

Romana Fideicommiſſi.

*Luna 22. Junii 1693.*

*A R G U M E N T U M.*

Approbantur quæ ſupra dignoſcuntur extenſa.

*S U M M A R I U M.*

1 *IN conditione poſiti ex ſtatuto urbis cenſentur diſpoſitivè vocati.*
2 *Et cenſentur quoque gravati, ſi ſubſequens adſit ſubſtitutio.*
3 *Subſtitutio concepta ſub conditione, ſi ſine filiis, per filiorum exiſtentiam evaneſcit. Declara, ut n. 4.*
5 *Verbum, deficientibus, comprehendit tam caſum non exiſtentiæ, quàm ſuperexiſtentiæ & poſtea deficientiæ.*
6 *Dictiones, tunc & eo caſu, multoties ex voluntate diſponentis ſtant demonſtrativè, non taxativè.*
7 *Subſtitutus in defectum lineæ & deſcendentium non cenſetur vocatus ſuperextante aliquo de tali linea & deſcendentia.*
8 *Pars conditionalis declarationem recipit à diſpoſitiva, nec continere valet perſonas diverſas ab ipſa diſpoſitiva.*
9 *Verba - modo & forma, quibus ſunt ſubſtituti maſculi, repetunt ordinem ſubſtitutionum ſupra præſcriptum.*
10 *Pars conditionalis regulanda non eſt à diſpoſitiva ſi magis latè pateat, & amplioribus verbis concepta ſit.*
11 *Relativum refertur ad omnia antecedentia.*
12 *Sub nomine deſcendentium veniunt tam deſcendentes maſculi quàm fęminæ.*
13 *Veriſimile eſt, quod ſi teſtator in filiis primis hæredibus magis dilectis voluerit comprehendere deſcendentes ab eis per fœminas, etiam ad excluſionem propriarum filiarum, multò magis voluerit ad ſucceſſionem admittere deſcendentes à propriis filiabus ad excluſionem tranſverſalis.*
14 *Remedium auth. res qua, C. com. de legat. locum non habet exiſtentibus bonis liberis.*
15 *Mulier iuvari non poteſt beneficio auth. res qua, ſi paſſa fuerit, ut poſteriores in bonis liberis ſatiſfactionem conſequantur, & n. 16.*

## DECISIO XXVI.

FUndamenta geminarum deciſionum coram me ſub diebus 24. Aprilis 1690. & 8. Octobris 1691. ſubſiſtere DD. exiſtimarunt; idcircò inibi deciſis perſtiterunt, nedum quoad exiſtentiam controverſi fideicommiſſi ordinati à Petro Alvero, & purificationem favore fratrum de Molaria, & litis conſortes, verùm etiam quoad excluſionem Mariæ Lauræ à dicto fideicommiſſo, & demùm quoad retentionem domus fideicommiſſariæ oppoſitam per Angelum reum, & illius poſſeſſorem ex cauſa dotis Stratonicæ uxoris Papirii primi hæredis, matris Cloridæ, necnon melioramentorum.

Quo enim ad exiſtentiam fideicommiſſi, & purificationem favore præfatorum de Molaria, litiſque &c. hęc reſultant, ex quo ipſi deſcendunt à filiabus fœminis Petri fideicommittentis, proindeque uti poſiti in conditione poſt deficientiam Fabritii, & Papirii filiorum Petri fideicommittentis, eorumque deſcendentium, & filiarum eiuſdem teſtatoris, cenſentur diſpoſitivè vocati, ex ſtatuto urbis *c.* 142. *lib.* 1. & gravati inter ſe reſtituere uſque ad ultimum, ut locum ſibi vindicet poſtrema ſubſtitutio facta favore proxi- 3 miorum agnati poſt deficientiam omnium deſcendentium, tam à filiis, quàm à filiabus teſtatoris, cui profectò ſubſtitutioni favore dd. proximiorum locus eſſe non poſſet, niſi unus poſt alterum ex dd. deſcendentibus eſſet gravatus reſtituere, ut latè in prima huius cauſę deciſ. §. *Exiſtentia fideicommiſſi*.

Nec adduci meretur, fideicommiſſum huiuſmodi favore filiarum teſtatoris, earumque deſcendentium, ordinatum fuiſſe eo tantum caſu, quo Fabritius, & Papirius filii maſculi teſtatoris hæredes inſtituti ſine filiis deceſſiſſent, ac proindè cum illi obiiſſent cum filiis, expiraverit fideicommiſſum ad, celebre *conſ* Oldrad 21. nam ex contextu teſtamenti hodiè iterùm perpenſo apparuit, teſtatorem ordinaſſe fideicommiſſum favore filiarum, earumque deſcendentium, etiam in caſu, quo filii hæredes inſtituti decederent cum filiis, qui poſtea deficerent, tum quia teſtator habuit præ oculis perpetuitatem fideicommiſſi, & tractum futuri temporis remotiſſimum, dum primo loco vocavit filios, eorumque deſcendentes in infinitum, cum expreſſa reciproca ſubſtitutione inter ipſos: eiſque deficientibus filiis, fœminas ſubſtituit, & tandem deficientibus filiis, & filiabus, ac deſcendentibus vocavit proximiores agnatos domus, & familiæ ipſius teſtatoris, quo caſu repugnat, quòd teſtator reſtringere voluerit ſubſtitutionem fœminarum, & deſcendentium ab eis, ad eum tantùm caſum, quo Fabritius, & Papirius deceſſerint ſine filiis, cum alias ultima ſubſtitutio favore agnatorum adimpleri non poſſet, Rot. cor. bo. mem. 4 Alexandro VIII. *dec.* 113. *à n.* 11. *& n.* 20. *& ſeqq.* & in Carpentoracten. Fideicommiſſi 14. Martii 1687. §. *Secunda elicitur*, cor. me, & in prima huius cauſę deciſ. §. *Placuit enim*.

Præſertim reflectendo ad illud verbum, *deficientibus*, appoſitum tam in parte diſpoſitiva, in qua vocantur filii teſtatoris, quàm conditionali, ubi deſcendentes comprehenduntur, quod verbum *deficientibus*, ex ſui propria ſignificatione comprehendit tam caſum non exiſtentię filiorum ex dd. Fabritio & Papirio, quàm ſuperexiſtentiæ, & poſtea deficientiæ gloſſ. *in l. unica*, §. *ubi autem*, verbo *deficiat*, *Cod. de ca-* 5 *duc. tollen. & in* §. *Hic nobis verſ. deficientis, authent. de hæred. & falcid.* Rota in Romana Fideicommiſſi de Gabriellis, §. *Quoniam teſtator*, 22. Junii 1689. cor. me.

In nihilo refragantibus dictionibus ipſis, ibi: *Deficientibus ipſis filiis maſculis ſine prole, tunc eis ſubſtituit filias fœminas*: Quia ex prædictis dictionibus non reſtringitur, nec limitatur vocatio fęminarum ad caſum obitus primorum hæredum ſine filiis, extante perpetuitate fideicommiſſi volita à teſtatore & à tractu futuri temporis remotiſſimo; ſed dictiones prædictæ ex voluntate fideicommittentis ſtant demonſtrativè, 6 non taxativè, Menoch. *conſ.* 117. *ſub n.* 28. Rot. *dec.* 338. *ſub nu.* 14. coram Gregor.

Quo verò ad excluſionem Mariæ Lauræ prætendentis purificationem fideicommiſſi ad ſui favorem, ſubſiſtere, etiam viſa ſunt deducta in ſecunda huius cauſæ deciſione; nam eius vocatio deſumitur ex ultima ſubſtitutione facta favore proximiorum agnatorum familiæ teſtatoris, qualis eſt d. Maria Laura, uti deſcendens à Gundiſalvo Alvero fratre d. teſtatoris; huic autem ſubſtitutioni locus modò eſſe nequit, cùm ea ordinata ſit in defectum omnium deſcendentium à filiis, & filiabus teſtatoris, qui caſus non evenit, cum ſuperſint fratres de Molaria deſcendentes ex filiabus teſtatoris; ſubſtitutus enim in defectum lineæ, & deſcendentium non cenſetur vocatus ſuper extante aliquo de tali linea, & deſcendentia, *l.* 3. *l. quamdiu* 68. *ff. de acquir. vel omitt. hæred.* Fulgoſ. *conſ.* 85. *n.* 1. Rot. *dec.* 810. *n.* 1. cor. Cerro *dec.* 43. *n.* 1. *p.* 14. cum aliis in ſecunda huius cauſæ deciſione, §. *Et quidem*.

Non obſtat, quòd deſcendentes ex filiabus teſtatoris non ſint vocati in prima diſpoſitiva, ideòque cenſeri nequeant comprehenſi in parte conditionali, eò quia pars conditionalis declarationem recipit à diſpoſitiva, nec continet 8 perſonas diverſas à diſpoſitiva, nam obiectum removetur tum quia non ſubſiſtit, quod deſcendentes ex filiabus non ſint comprehenſi in parte diſpoſitiva; nam teſtator ſubſtituit filias ſuas, quas deindè ad invicem ſubſtituit modo, & forma, quibus ſunt ſubſtituti filii maſculi, cum autem filii maſculi ſint ad invicem ſubſtituti inter ſe, & pariter eorum deſcendentes in infinitum, exindè inſurgit, quòd pariformiter ſubſtitutio filiarum comprendat etiam earum deſcendentes, ex efficacia verborum, ibi: *Modò, & forma, quibus ſunt ſubſtituti dicti filii maſculi*, quæ repetunt ordinem 9 ſubſtitutionum ut ſupra præſcriptum, Gratian. *diſcept.* 621. *num.* 28. Rota *dec.* 152. *num.* 13. *&* 14. coram ſan. mem. Alexandro VIII. tum etiam quia deſcendentes ex fęminis, pręſuppoſito etiam, quòd non eſſent comprehenſi in parte diſpoſitiva, adhuc cum in iſta non ſint expreſſè excluſi, nec diſpoſitiva inveniatur reſtricta ad certum genus perſonarum, imò pars conditionalis magis latè pateat, & amplioribus verbis concepta ſit, ac comprehendat perſonas non expreſſas in diſpoſitiva, dum in conditionali teſtator addidit poſt mentionem filiarum, ibi: *Et deſcendentibus* ex hac *maiori verborum amplitudine in parte conditionali*, ſequitur, ut hæc regulanda non ſit à diſpoſitiva, nec ad eam reſtringatur, Caſanatt. *conſ.* 6. *n.* 37. *&* 38. Palma Nepos *alleg.* 221. *ſub n.* 10 71. Rot. *dec.* 682. *n.* 5. *& dec.* 702. *n.* 9. *&* 10. cor. Cerro.

Abſque eo, quòd totalem connexionem, & dependentiam partis conditionalis cum diſpoſitiva ſuadere valeant dictiones repetitivæ appoſitæ in conditionali, ibi, *dd. filiis, & filiabus*, quæ uti perſonaliſſimæ reperant ſolùm perſonas in diſpoſitiva expreſſas; nam reſtrictio huiuſmodi penitùs excluditur, ex quo teſtator, ut dictum eſt ulteriùs progreſſus eſt in parte conditionali, ubi poſtquam mentionem fecit de filiis, & filiabus, addidit verbum, ibi: *Et deſcendentibus eorum*, quod, niſi lædatur ratio recti ſermonis, quæ læderetur, ſi illud referri deberet ad ſolos deſcendentes ex filiis, utique de utriſque deſcendentibus, tam ex filiis, quàm ex filiabus, intellexiſſe teſtatorem dicendum venit, ut in ſimili dixit Rota *dec.* 28. *n.* 76. coram Arguelles.

Tantò magis, quia teſtator non abhorruit, quòd in fideicommiſſo ſuccederent tam maſculi, quàm fęminæ, & deſcendentes ab utriſque, ut patet ex ſubſtitutione facta Fabritio, & Papirio filiis, primis hæredibus inſtitutis, in qua vocantur deſcendentes eorum in infinitum, ſub quorum nomine veniunt tam deſcendentes maſculi, quàm fæminæ, Rota *dec* 278. *num.* 13. coram Bich. & alibi paſſim. Ex quo urget veriſimilitudo, quòd ſi fideicommittens in filiis primis hæredibus magis dilectis voluit comprehendere deſcendentes ab eis per fęminas etiam ad excluſionem propriarum filiarum, multò magis voluerit ad ſucceſſionem admittere deſcendentes à propriis filiabus ad excluſionem proximioris agnati tranſverſalis, & minùs dilecti, Rot. *dec.* 627. *n.* 2. *p.* 2. *& in* 2. huius cauſæ deciſione, §. *Verbum autem circa finem*.

Demùm quoad retentionem domus controverſæ, iterùm oppoſitam ab Angelo Reo, & illius poſſeſſore, diſtractæ pro reſtituenda dote q. Stratonicæ Uxoris Papirii primi hæredis, placuerunt DD. fundamenta prioris deciſionis huius cauſæ, non potuiſſe nempè deveniri ad dictam domus fideicommiſſariæ alienationem, ex remedio *Authent. res quæ*, *Cod. commun. de legat.* quia de tempore, quo illa fuit alienata, aderant plura bona libera Papirii, nempè animalia valoris ſcut. 15382. plura mobilia ingentis valoris, ut conſtat ex inventario, & præſertim tenuta nuncupata *la Cervelletta*, diſtracta de menſe Auguſti 1628. & ſic ferè per annum poſt venditionem domus ſequutam de anno 1627. quo ſtante, proculdubio non poterat deveniri ad diſtractionem bonorum fideicommiſſariorum, cum remedium *dict. Auth. res quæ*, ſit ſubſidiarium, & locum non habeat exiſtentibus bonis liberis, Rota. *dec.* 189. *num.* 32. poſt Zach. *de obligat. Cam. dec.* 48. *n.* 6. *&* 7. *p.* 12. & alibi paſſim.

Parùm obſtante, quòd prædicta tenuta eſſet hypothecata favore plurium creditorum Papirii debitoris dotis,

quia



quia exindè neque ſuſtineri poteſt alienatio prędictę domus nam dicta tenuta *della Cervelletta*, fuit diſtracta pro ſcut. 42. mil. Creditores anteriores Stratonicæ erant tantùm pro ſumma ſcut. 8000. in reliquis autem ſcut. 34. mil. conſignatis creditoribus dictæ Stratonicæ, hæc ſatisfieri debebat; ac proindè ſi Stratonica neglexit ſibi ſatisfieri dimittendo cæteris creditoribus poſterioribus bona libera Papirii, ſibi præiudicavit, itaut nequeat juvari beneficio *Auth. res quæ*, Rot. *dec.* 22. *n.* 3. *& dec.* 646. *n.* 21. cor. Cerr.

Nec replicari valet, quòd prædicta procederent, ſi Stratonica pro ſua dote retinuiſſet bona libera Papirii, eaque voluntariè dimiſiſſet creditoribus poſterioribus; tunc enim privari beneficio *Auth. res quæ*, non autem quando prædicta bona libera non retinet Uxor. Etenim Clorida filia, & hęres Stratonicæ, ſcivit Papirium Patrem vergere ad inopiam, multoſque creditores contra ipſum urgere deveniendo ad exequutionem mandatorum, ad quos repellendos illa uſa fuit inhibitione dotali, obtinendo etiam revocationem plurium exequutionum; quapropter dum ſcivit, & vidit alienari bona libera Papirii Patris in creditores poſteriores, & ſibi non providit, nequit allegare beneficium *d. Auth. res quæ*, Rot. *dec.* 31. *n.* 4. poſt Merlin. *de pignor. dec.* 239. *n.* 10. *p.* 5.

Demùm quoad aliam retentionem prætenſam ab Angelo ex cauſa melioramentorum, cum de iſtis, licèt conſtet in genere, nulla tamen exhibeatur juſtificatio in ſpecie, ſatis exindè conſultum remanere exiſtimarunt DD. per cautionem de illis reficiendis præſtandam à fratribus de Molaria, quatenùs liquidentur.

Et ita auditis partibus reſolutum fuit.

### R. P. D. TAURUSIO.

Romana Fideicommiſſi.

*Veneris* 18. *Martii* 1695.

*ARGUMENTUM.*

Ultra in aliis firmata habetur, quòd ſubſtitutio intermedia non caducatur per expirationem primæ, ſi intermedia ab illa non dependeat, & diverſa in ſe contineat.

*SUMMARIUM.*

1 *IN conditione poſiti cenſentur diſpoſitivè vocati ex ſtatuto urbis.*

2 *Verba relativa reddunt amplam ſubſtitutionem ſicut antecedentem.*

3 *Pars conditionalis declarat diſpoſitivam.*

4 *Pars conditionalis concepta verbis amplioribus, apta eſt ſuperaddere quoque alias novas perſonas in diſpoſitiva non contentas.*

5 *Subſtitutio dependens à conditione, ſi ſine filiis, per filiorum exiſtentiam expirat.*

6 *Filiorum nomine non veniunt nepotes, ſi teſtator diſcretivè aliter loquutus fuerit de filiis, & aliter de nepotibus.*

7 *Teſtator in ſubſtitutione apponendo conditionem, deficientibus filiis maſculis ſine prole, explicare videtur quòd ſub nomine filiorum non intellexerit vocare nepotes.*

8 *A conſ.* 21. *Oldrad. receditur, quando aliundè contraria appareat teſtatoris voluntas.*

9 *A conſ.* 21. *Oldrad. recedi ſolet, ſi teſtator fideicommiſſi voluerit perpetuitatem.*

10 *In conditione poſiti cenſentur gravati, ſi teſtator poſt extinctionem eius lineæ familiam contentivam vocaverit.*

11 *Argumentum à diſcretivo modo loquendi non eſt validum, ſi adſit caſuum diſparitas.*

12 *Caducata prima ſubſtitutione ob defectum conditionis omnes aliæ ſequentes expirant.*

13 *Limitatur, quoties aliæ ſubſtitutiones non ſtant merè acceſſoriè & continuativè, ſed per orationem ſeparatam, ac de per ſe perfectam, novum caſum continentem.*

14 *Declaratur Peregrin. de fideicomm. art.* 15. *n.* 29.

15 *Poſiti in conditione in ſecunda ſubſtitutione, ſi fuerint vocati in prima, dici nō poſſunt in ſecunda invitati, niſi ſub eadem conditione, ſub qua fuerunt expreſſè in prima vocati.*

16 *Declara, ut hæc concluſio admittatur, ſi agatur de ſubſtitutionibus acceſſoriis, & eſſentialiter dependentibus à conditione primava vocationis ſine novi caſus ſpecifica expreſſione; ſecus è contra.*

17 *Retentio bonorum fideicommiſſo obnoxiorum non datur pro dote, ſi aderant bona libera, & mulier non curaverit conſequi ſatisfactionem.*

18 *Amplia, licèt mulier ſcientiam non habuerit fideicommiſſi, & num.* 19.



20 *Non datur terminus ad liquidandum in ſpecie melioramenta, ſi conſtet, quòd poſſeſſor tot fructus pendente lite perceperit, qui probabiliter exuberant pretium melioramentorum.*

21 *Confinis excluſus remanet à confinato.*

## DECISIO XXVII.

REportavit ab A. C. Annibal de Molaria, uti vocatus ad fideicommiſſum q. Petri Alveri ſententiam immiſſionis in poſſeſſionem unius domus ſitæ in Platea SS. Apoſtolorum, poſſeſſæ ab Angelo, & aliis de Brandoliſiis: quàm ſententiam in gradu appellationis cum clauſula, *conſtito quòd ſit locus Ægidianæ*, Sac. Rota præviis quinque deciſionibus cor. R. P. D. Molines nempè 24. Aprilis 1690. 10. Decembris 1692. & 22. Junii 1693. ac 29. Martii, & 5. Julii 1694. mandavit exequi.

Iterùm verò commiſſa mihi huiuſmodi cauſa per Signaturam Juſtitiæ cum clauſula, *Alteri qui ad legitimam*, conſultius exiſtimavi ad evitandam quæſtionem ſuper iudicii formalitate, cui aditum præbebat Clericatus R. P. D. Molariæ litem continuantis unà cum eius fratribus poſt obitum dicti Annibalis Patris, proponere dubium, *An ſit procedendum ad legitimam executionem, ſeu potiùs ſit danda immiſſio*, & DD. tutiorem viam amplectentes, dandam eſſe immiſſionem reſponderunt.

Quoniam ex luculenter deductis in deciſionibus R. P. D. mei Molines ſatis apparet de omnibus requiſitis ad obtinendam immiſſionem in vim *leg. fin. Cod. de edict. Div. Adrian. tollen.*

Et quidem exiſtentia fideicommiſſi favore D. Annibalis, & nunc dictorum fratrum de Molaria, quæ in hodierna diſputatione fuit denuò acriter impugnata, firma atque omninò ſtabilis viſa fuit, rectè perpenſo integro teſtamenti tenore.

Petrus enim teſtator hæredes ſuos univerſales inſtituit, *Fabritium, & Papirium eius filios legitimos, & naturales, quos ad invicem ſubſtituit vulgariter, pupillariter, & per fideicommiſſum, & pariter eorum deſcendentes in infinitum, & abſque ulla detractione legitimæ, & trebellianicæ, & falcidiæ.*

*Et deficientibus quandocumque ipſis filiis maſculis ſine prole legitima, & naturali, tunc eis ſubſtituit filias fœminas ipſius teſtatoris, quas pariter ad invicem ſubſtituit modo, & forma, quibus ſunt ſubſtituti dicti filii maſculi.*

*Et deficientibus dictis filiis, & filiabus, & deſcendentibus eorum, voluit ſuccedere in hæreditate, & bonis ipſius teſtatoris proximiores agnatos de ipſius domo, & familia.*

Cùm itaque extinctis deſcendentibus Fabritii, & Papirii invitatis in prima ſubſtitutione, ſupereſſent fratres de Molaria deſcendentes à Stratonica filia Petri fideicommittentis relata in ſecunda ſubſtitutione: iure merito ad ipſorum favorem deciſum fuit purificatum fuiſſe fideicommiſſum Petri, tam in vim coniecturatæ voluntatis eiuſdem teſtatoris, quàm in vim *Romani ſtat. cap.* 142. *lib.* 1. uti poſitorum in conditione ad excluſionem agnatorum de familia 1 contentiva, vocatorum in tertia ſubſtitutione prænarrata, ut plenè in prima deciſione dicti R. P. D. Molines, aliiſque ſucceſſivis.

Scribentes autem pro poſſeſſoribus, & litis conſortibus non inficiabantur amplius vocationem activam omnium deſcendentium filiarum Petri fideicommittentis, & meritò, quia etiamſi in ſecunda ſubſtitutione invitatæ legantur memoratæ filiæ, nulla facta expreſſione ſucceſſivæ vocationis deſcendentium ab ipſis: tamen clara effulget voluntas Petri continuandi ſucceſſivum fideicommiſſum etiam in deſcendentia filiarum, illoſque omnes vocandi, tum ob relationem ad modum, & formam primævæ ſubſtitutionis maſculorum, ibi: *Quas pariter ad invicem ſubſtituit modo, & forma, quibus ſunt ſubſtituti dicti filii maſculi*; unde cum reciproca maſculorum ſubſtitutio exprimat vocationem etiam illorum deſcendentium in infinitum, ibi: *Quos ad invicem ſubſtituit, & pariter eorum deſcendentes in infinitum*; ita pariformiter dignoſcitur Petrum ſubſtituere voluiſſe deſcendentes filiarum ob efficaciam præfatæ relationis, ut firmat deciſio dicti Rev. P. Domini Molines 22. Junii 1693. §. *Non obſtat*, & ultra ibi allegatos, Rota coram Cerro *deciſ.* 460. *nu.* 12.

Tum etiam certiùs quia in tertia ſubſtitutione expreſſè poſuit ſub conditione omnes deſcendentes, tam filiorum maſculorum, quam filiarum fœminarum, ad ecluſionem familiæ contentivæ, quam ſolùm ultimo loco ſubſtituit: iſta enim pars conditionalis aptiſſima eſt ad declarandum, quòd Petrus per enarratam relationem intellexerat ſubſtituere etiam deſcendentes fœminarum, Caſanatt.